Uitā petijt ⁊ tribuisti ei: longitudine dierū in seculū seculi. Uitā: resurrectionē significat: quā ille petiuit dicēdo: Pater clarifica filiū tuū. Longitudinē dierū in seculū seculi: id est: indefectā pennitatē: q̄ nullo fine cōcludit. Sed memēto q2 ⁊ hec ⁊ his silia: ab illa dicant pte q̄ passus est. **Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriā ⁊ magnū decorē impones sup eū.** In capite versus sententiā posuit: quā subter exponit. Sancte siquidē incarnationi magna est gloria i salutari: id est: in verbo p̄ris. Sed istā gloriā nō poterat hūanus sensus attingere: nisi eā in subseqntib⁹ mirabili expositōe declararet. Hoc schema dr̄ Ephexegesis: latine explanatio. Nā gloria ⁊ magnū dec⁹: tp̄us videt significare iudicij: vbi in deitate sua altissim⁹ apparebit: habēs gloriā d iudicio: decorem de maiestate. **Qm̄ dabis eū in bn̄dictionē in seculū secli: letificabis eū in gaudio cum vultu tuo.** Gradatim descēdit ad illā gl'iam declarandā: quā xp̄s dñs f̄m carnē a p̄re clarificat⁹ accepit. Dicit eū dadū eē in bn̄dictionē q̄ nullo possit fine ꝯcludi. Uerū hec ꝟba pia examinatōe pēsanda sūt: vt tāte rei nobis elucere possit arcanū. Multis locis iā diximus suscipiēdū esse ꝓ pte membroꝝ: qđ ipsi dño saluatori non pōt ꝯuenire: sic ⁊ p̄res nostri silia loca exposuisse declarant. Quapropter letificabis eum in gaudio cū vultu tuo: suscipiēdū est de vnoq̄ fideliū: de q̄bus ⁊ alter psalmus dictur⁹ est: Et habitabūt recti cū vultu tuo. Letificari eñ de vultu dñi: alterius cognoscit esse psone: qđ de xp̄o intelligi catholica nō pmittit ecclesia. Que sic vnita verbo cognoscit: vt vna sine dubio intelligat esse psona. **Qm̄ rex sperauit in dño: ⁊ in misc'dia altissimi nō cōmouebit.** Dicit cām quare tm̄ mun⁹ accepit: q2 rex iste q̄ in passiōe sua tribus linguis legebat ascript⁹: f̄m hoīem sperauit in dño: vt agnoscam⁹ nisi supplicit postulādo: ad ei⁹ nō posse nos misc'diam ꝯuenire. Sequit etiā eternitatis hui⁹ causa ꝓbabilis: q2 nescit a p̄ris misc'dia submoueri: q̄ sperare in ei⁹ gloria pseuerat: sic salomon dicit: Quis spauit in dño: ⁊ ꝯfusus est: Et in alio psalmo dicit: Protector est oīm sperantiū in se. Posito igit in p̄mo psalmo cathegorico syllogismo: ⁊ in septio hypothetico: restat nūc vt enthymema demonstrare debeam⁹. Enthymema: qđ latine iterp̄tat mētis ꝯceptio: syllogism⁹ est: ꝯstans ex vna ꝓpositiōe ⁊ ꝯclusiōe: quē dialectici dicūt rhetoricū syllogismū: q2 eo frequenter vtunt oratores ꝓ cōpendio suo. Iste talit explicat: Oīs sperās in dño: exultabit ⁊ letabit in misc'dia ei⁹. Ego igit exultabo ⁊ letabor in misc'dia ei⁹. Ista est tertia spēs syllogismoꝝ: p q̄s dialectici subtilissimis disputatiōib⁹ q̄ ꝓbare nitunt ostendūt. Nec moueat qđ in istis ptib⁹ n̄ sūt eadē ꝟba: q̄ dialectici ad instruēdos rudes longo p⁹ tpe formauerūt. In p̄dicatōib⁹ eñ sacris: argumentū quidē ipm̄ ponit: sed sub libertate verboꝝ. Mō reliq̄ videamus. **Inueniat man⁹ tua oīb⁹ inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes q̄ te**

Sche

Ps.139 — Eccl.2. — Ps.17 — P — Syl.

oderunt. Uenit ad tertiaz diuisionē: in qua optat dominū christū facere: quod eū nouerat esse gesturū. Dicit enī: Inueniat man⁹ tua: id est: operatio tua reperiat. Afflictos cōuertas inimicos: qui a tuis regulis mūdi delectatione dissentiūt. De quibus ait apostolus: Quoniā si cū adhuc inimici essem⁹: reconciliati sumus deo p mortem filij eius: multo magis recōciliati salui erim⁹. Sed isti tādiu dicunt inimici: donec diaboli suasionib⁹ inducunt. Ceteruz quādo ad christū dn̄m redeūt: ⁊ serui ⁊ filij vocant ⁊ amici. Sequit. Dextera tua inueniat oēs qui te oderūt. Hic illud iudicij tēpus aduertit: quādo dextera patris: id est: domin⁹ saluator iudicatur⁹ est mūduz: ⁊ qui eū ōderūt pene ppetuitate damnādi sunt. Pones eos vt clibanuz ignis: in tēpore vultus tui. Cliban⁹ est coquēdis panib⁹ enei vasculi deducta rotunditas: que sub vrentib⁹ flammis ardet intrinsec⁹. In qua similitudine merito peccatores ponūt: qui in futuro iudicio: ⁊ merore animi ⁊ penali excruciatiōe torquēdi sunt: qꝛ cōtra regulas dn̄i obstinata mēte vixerūt. Temp⁹ vero vultus dn̄i: dies iudicij: quādo fili⁹ hominis videbit ab omnibus: sed soli eū iusti etiā diuinitatis sue cōtemplatione respiciēt. Memēto autē qꝫ supi⁹ in laude dn̄i christi: Characterismon schema posuerit: per quod honorem eius ⁊ gloriā diuersa qualitate gratiarū descripsit. Nunc p eandē figurā inimicos ipsi⁹ dicit varijs supplicijs affligēdos: vt quātum ille mirabilis: tn̄ isti redderent horribiles. Dn̄s in ira sua conturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis. Ordo iudicij pulcherrima narratiōe describit. Illos enī peccatores: qui se p actuū suorū malignitate discrutiāt: ira dn̄i dicit esse turbādos: qn̄ audiēt: Ite in ignē eternū. Et istā sententiā cōsequent: vt ppetua flāma deuorent. Nā iussionē dn̄i nulla mora subsequit: sed mox vt discernit impletū est. Iste tn̄ ignis sic absumit vt seruet: sic seruat vt cruciet: dabiturqꝫ miseris vita mortalis ⁊ pena seruatrix. Fructū eorū de terra perdes: ⁊ semē eoꝝ a filijs hoīn. Fructus eoꝝ fuerat in terra viuentiū: si filio dei credidissent. Sz qꝛ mādatis eius cōtumaci spiritu restiterūt: merito fructū illū beatitudinis pdiderūt. Semen eoꝝ: id est: vota vel facta peccātiū. Vn̄ aūt dicunt semina: vnde nascit vnicuiqꝫ retributio digna gestorū. A filijs hoim: efficies alienos: id est: a sanctis: qs in hereditatē eternā tue misericordie largitate missur⁹ es. Qm̄ declinauerūt in te mala: cogitauerūt cōsilia q̄ nō potuerūt stabilire. Declinare dicim⁹ mala supra alios pendētia: in alio loco iniqtatis causas ledere. Qđ in passione dn̄i ɔstat effectū. Nā cū putarent iudei imperiū romanū sibi fore pniciosuz: si regē saluatorē dn̄m suscepissent: in ipsum ausi sunt mala declinare: q̄ sibi credebāt romanis vlciscentib⁹ euenire. Cogitauerunt enī ɔsilium dicēdo: Expedit vnū p oibus mori: qđ nō potuerūt stabilire: id est: ad votū suū pducere. Nā nesciētes vera dixerūt: oportuit vnū p omnib⁹ mori. Uerū quidē dictū: ſ malo voto ꝓlatū est: ⁊ ideo de tali facto subituri sunt penā: qꝛ nō habuerunt sincerā ɔsciētiā. Qđ schema dicit Amphibologia: id est: dictio ambigua: dubiā faciens pēdere sentētiā. Cōsiliū est enī aliqd: aut faciēdi: aut nō faciendi ratio deliberata. Qm̄ pones eos† deorsum: in reliquijs tuis pparabis vultū eorū. Positi sūt deorsum iudei: qn̄ vitio suo terrena sapiētes nō meruerūt celestia ɔtueri: sed vult⁹ eoꝝ: id est: mala intētio ipoꝝ: ad reliqas dn̄i: h̄ est: ad passionē aptata ē: vt cū illi se inferre crederēt dispendiū mortis: salus fieret absolute gn̄alis. Exaltare dn̄e in virtute tua: cātabimus ⁊ psallem⁹ ꝟtutes tuas. Exaltare dicit: id est: resurrectiōe magnificare. Tūc enī ab hūilitate suscepta exaltatus cognoscit: qn̄ in glīa sua resurrexisse ꝓbat⁹ est. In ꝟtute tua: id est: in deitate ꝟbi: p quā dixisti: Potestatē habeo ponēdi aīaz meā: ⁊ ptātē habeo iteꝝ sumendi eā. Cantare vero est verba dn̄i ore ꝓferre. Psallere aūt mādata diuina bonis opatōib⁹ ɔstant implere. Hec enī duo sūt: q̄ a nob oīmodis expetunt: vt laudes dn̄i fidelit ore cātem⁹: ⁊ ope nr̄o ipius mādata faciam⁹. Cōclusio.

O Stēsa nobis ē imago celestis regl: mirabili descriptōe ꝟitatis: vt quē iudei nō meruert pn̄tē cognoscere

Ro. 5. · Sche · Math. 25. · Iob. · Sc · Ar. · Io

auditu auris: mūdus eum crederet aduenisse. Meminerimꝰ aūt: qd ps. iste tertius est ex his qs de duabꝰ naturis euidētius locutos eē collegimꝰ. Hāc tn̄ regulā noueris in oībus custoditā: vt in eis psalmis: & due nature & vna psona eē declaret: qtenꝰ salutari breuissimoqꝫ compendio: & illi destruant q duos filios esse mentiunt: & illi q vnā naturam in christo dn̄o callida puersitate confingūt. Dicite q vos putatis sapiētissimos viros: qd est illud qd ad corinthios scribens ait apostolꝰ: Tunc & ipe filius sbiectus erit ei: qui sibi subiecit oīa: vt sit deus omia in omibꝰ? Nam si ex deitate et humanitate vna natura facta esset vt creditis: qualis rogo substātia in eternū patri pōt esse subiecta? Restat vt nos arrianꝰ error absorbebat. Necesse est em̄ confiteri vos: qr verbū patri pōt esse sbiectū. Quāuis aliq patres: christi membris h aptādū esse putauerint. Quocirca pax tibi fortasse visum est: qd euticis errore tenebaris obnoxius: nisi te & arriana calamitas iuncto fasce depmeret? Auctores suos errores singuli dānauerūt: de te aūt quid faciāt: quē duplex culpa cōdemnat? Mox vt ad pflictū veneris: statiꝫ nestorianū vocas orthodoxū. Habemꝰ cōtra te iudicia tua: h alijs p crimine dicis: qd tu tibi psuasisse cognosceris. Extat h denarij numeri duplicata societas: vt sicut hec parilitas vnā summā designat: ita psalmꝰ iste vtriusqꝫ legis vnuꝫ dn̄m pclamet auctorē. Est em̄ in istis decadibꝰ virtꝰ eximia: & quotiēs se gemināt: totiens ingentiū rex sacra declarāt.

Explicit expositio in psalmū vicesimuꝫ.

Incipit expositio i ps. vicesimumpmū.

In finem p susceptione matutina psalmus dauid.

Siue i finē: siue psalmꝰ: siue dauid qd significet: freqnter expositū ē. Restat vt p susceptiōe matutina: qd adhuc nouū eē cognoscitur: explanare debeamꝰ. Susceptio matutina: est tps resurrectiōis: sic dr in euāgelio: Una sabbatox valde diluculo: venit maria ad monumentū. &c. Susceptio em̄ fuit: qn̄ dn̄s christus mortale corpis veteris hois cōditione deposita in magnā gliam clarificatꝰ assūpsit. Cui omne genu flectit: celestiū: terrestriū & infernox. Matutinū aūt dictū ē: qsi mane pmituū: qd tps innūeris locis ad resurrectionē dn̄i cōstat aptatū. Sed cū in h psalmo mlta de sua passiōe pstet eē locutux: videamꝰ cur eiꝰ titulꝰ: solā resurrectionē cōmemorare voluerit. Sepe em̄ significat p id qd seqtur: illud scꝫ qd precessit: vt cū dicimꝰ mane factū: intelligamꝰ noctem qꝫ pcessisse. Silr cū dicimꝰ: manumissū: intelligamꝰ seruū fuisse. & his silia. Que figura dicit Synecdoche: cū p id qd seqt possumꝰ intelligere qd pcedit. Un̄ dubiū nō est cōmemoratione factā resurrectiōis: indicare nihilominꝰ & btissimā passionē. Hic aūt q sit xtus & claritas psalmi: absolute dat intelligi: qd eū matutine lucis noie prenotauit: qm̄ passionē dn̄i xpi quā narrat: saluti generis hūani pstat esse concessam.

Diuisio psalmi.

Per totū q̄dem psalmū loqtur dn̄s xps: s pmo capite derelictū se clamat a patre: vt dispēsatā scꝫ suscepit passionē: potentissimā hūilitatē suā: hoim abiectōe cōmendās. Scdo loco: passionē dn̄i sacrā diuersis cōpationibꝰ pphetauit: deprecans vt a sequentibꝰ inimicis suis: diuia ptectōe liberet. Tertio: pmonet dn̄ꝫ laudare xpianos: qr in resurrectiōe sua catholicā respexit ecclīam: vt audito tāto miraclo in saluberrima fidei pstātia pmanerēt: ne passione tm̄ pphetata: imbecilla se hoim corda turbarēt. Quē psalmū paulo sollicitiꝰ audiamꝰ. Est em̄ igentiū rex admiratōe plenissimꝰ: vt qd in hac vita cōtemnēduꝫ: et qd in alia eēt sperandū: capitis ipius cōmonitōnibꝰ nosceremꝰ. Nā cū mlti psalmox breuit de dn̄i passiōe meminerit: nemo tn̄ eā tanta ppetate descripsit: vt nō tam pphetia qꝫ historia esse videat.

Expositio psalmi.

Deus deꝰ meꝰ respice in me: qre me dereliqsti: longe a salute mea: vba dlictox meorum. Dn̄s xps omia puidēs atqꝫ dispensans: cui futura cūcta pn̄tia sunt: qsi iā vicina passiōe pmotꝰ exclamat: Deꝰ deꝰ meus. Hec tn̄ vba accipiēda sūt ab hūanitatis ipiꝰ natura. Naturā aūt dico eē xtutē vigorē qꝫ sube. Nā & repetitio ipa: affectū necessarie orōnis oñdit: vt illuꝫ geminato

Marginalia: Cor. 15. — Jo. 20. — Phil. 2

Rp̄

noīe carissim⁹ fili⁹ īuocaret: quē sibi ñ mū-
danā salutē: ꝫ claritatē ęťnę maiestatī no-
uerat vtiqꝫ p̄staturū. De⁹: ꝭmo grec⁹ est: q̄
latīe inťpretať timor. Pro q̄ re vt arbitror
maiores nr̄i: deū a timore appellādū eē vo
luerī. Vñ q̄dā ait gētiliū poetaꝝ: Primos
ī orbe deos fec̄ timor. Nā cū dic̄: Respice ī
me: celerrimū sibi resurrectōis ꝓuenire de
p̄cať auxiliū. Seq̄ť. Quare me dereliq̄sti?
Istud q̄re: nōnullā afferre coḡscit q̄stionē:
vt ille sapię mgr̄: ꝯsubalis ⁊ enarrator prīs:
ita sit vicina carnis suę morte turbatus: vt
q̄si nescius inťroget prēm: q̄re ab eo fuerit
ꝺrelict⁹. Sꝫ hęc ⁊ his sīlia ad hūanitatē re
spiciūt exp̄mēdā. Ceteꝝ: nec in ip̄a passio
ne absens illi credēda ē fuisse diuitas: cuꝫ

.j.Corī.2.

dicat apl̄s: Si cog̊uissent: nunq̄ꝫ dn̄m glię
crucifixissēt. Sꝫ passus ē ipassibil̄ p̱ passibi
lem quā suscepit hūanitatē: ⁊ imortal̄ mor
tuus ē: ⁊ q̄ nūq̄ꝫ moriť resurrexit. De q̊ lo-
co: pr̄ cyrillus: ita pulchre locut⁹ ē. Gr̄a v̾o
dei ꝓ oib⁹ gustauit mortē: tradēs ei ꝓpriū
corp⁹: q̄ꝫuis nālit ip̄e vita sit ⁊ resurrectio
mortuoꝝ. Silr̄ ⁊ btūs āb̄rosi⁹. Idē patie-
bať ⁊ ñ patiebať: moriebať ⁊ ñ moriebať: se
peliebať ⁊ ñ sepeliebať: resurrexit ⁊ ñ resur
rexit. Sic ⁊ hoīeꝫ dicim⁹ hodieqꝫ pati: mo
ri: sepeliri: cū tñ aīa ei⁹ nullo fine claudať.
Quapropť derelictū se sb̄ interrogatiōe te
stať: q̄ reuera manib⁹ ipioꝝ tradi nō pote
rat: nisi maiestatī ei⁹ potētia talia fieri per

Joh̄.j9

misisset: sic̄ in euāgelio dictū ē: Nō hr̄es in
me ptātem: nisi tibi data fuissꝫ desup̱. Cla
mat etiā q̄ patiť hūana susceptio: blasphe
mas voces ⁊ ipias murmuratōes abījciēs.
Dic̄ eñ: lōge a se fieri v̾ba q̄ delicta partu-
riūt. Salus eñ erat sanctę aīę: ꝭmones de
linq̄ntiū nō hr̄e: ꝫ v̾tute patiētię libēs su-
stineret: qd̄ diuia dispēsatōe patereť: sicut

Math̄.26

ip̄e in euāgelio dic̄: Pr̄ si fieri pōt: trāseat
a me calix istē. Et sb̄iunxit: Veruntñ: nō si
cut ego volo: ꝫ sic̄ tu. Dic̄ etiā a mēbris su-
is: v̾ba delictoꝝ meoꝝ. Ille ḡ q̄ pctā non
habuit: nr̄a delicta sua dic̄ esse pctā: sic̄ ⁊ ī

Ps̄.68.

alio psalmo ip̄e dictur⁹ est: De⁹ tu scis insi
pientiā meā: ⁊ delicta mea a te nō sunt ab-
scōdita. Audiam⁹ ḡ vocē membroꝝ ex ore
capitī: ⁊ intelligamus ex nr̄a p̱sona merito
fuisse locutū: q̄ se hostiaꝫ obtulit ꝓ salute

2.Corī.5

cūctoꝝ. Vñ apl̄s dicit: Eū qui ñ nouerat
pctm̄: ꝓ nob̄ pctm̄ fecit. Nam ⁊ in ip̄a lege
pctā appellabanť: q̄ ꝓ pctis offerebantur.

De⁹ me⁹ clamabo p̱ diē: nec ex-
audies: ⁊ nocte ⁊ nō ad insipienti
am mihi. Per diē clamabat hūanitas v̾-
bi: quā nō circūdabant tenebrę pctōꝝ: nec
tñ ꝯstat auditā: cui nulla p̄pedire videbať
offēsio. Audiat h̊ q̄rulū gen⁹ humanū: qd̄
petitōes suas ꝺsiderat sine dilatōe ꝯpleri.
Petit sic̄ dictū ē hūanitas v̾bi: q̄ merebať
audiri. Quā tñ iō nō ꝯstat auditā: vt eius
sacro sanguie ꝓbrosa mūdi crimia lauarē-
tur. Hoc etiā ⁊ alījs doceť exemplis. Paul⁹

2.Corī

petit: vt ab eo carnis stimul⁹ tollereť: nec

Job.2.

tñ audiť a dn̄o. Diabolus p̄cať: vt iob san
ctū viꝝ seuissima calamitate p̱celleret: ⁊ cō
stat ei mox fuisse ꝯcessuꝫ. Sꝫ apl̄o votum
suū iplere negabať ad glīam: diabolo v̾o
dabať ad pęnā. Sic nō audire freq̄nter ex-
pedit: q̄ꝫuis nos desideria dilata ꝯtristēt.
Addidit q̊ꝫ clamasse se nocte: id est: in tri-
bulatōe: cū etiā pctōres soleāt freq̄nter au
diri. Subiūxit: Et ñ ad insipiētiā mihi: sb̄-
audiendū reputab̄. Duo sunt eñ gn̄ā peti
tionū. Qñ petim⁹ honores: diuitias: ini-
micoꝝ vindictā: ⁊ cętera huiuscemodi: in-
sipiēter petim⁹: q̄ mūdana desideramus.
Qñ aūt postulam⁹: vt a p̱icul̄ libemur: vt
vita nob̄ cōcedať ęťna: nō stulte petim⁹: ꝫ
ꝯueniēter oram⁹. Petebat ḡ mediator dei

P̄

⁊ hoīm christ⁹: nō insipiēter: ꝫ prudēter: et
tñ nō ꝯstat auditū: q̄ mūdi redemptio sic
erat dn̄o dispēsante vētura. Tu aūt ī
sancto habitas: laus isrl̄. Postq̄ꝫ se
dixerat auditū nō fuisse: ne q̄s putaret de
um prēm ꝓpriū filiū nō amare: q̄ eū dissi-

Ma…

mulauit audire: de q̊ ip̄e testat⁹ est: Hic ē fi
lius me⁹ dilect⁹ in q̊ mihi bñ cōplacui: ad
iecit magnę dilectiōis indiciū: dicēdo: Tu
aūt ī sctō h̄itas: laus isrl̄. In sctō habitas:
incarnationem suam declarauit: sicut ⁊ in

P̄ 85.

alio loco dicit: Custodi aīam meā: qm̄ san
ct⁹ sū. Laus isrl̄. Per modū diffinitiuū ꝺr

Ƀ

q̄d sit pr̄: id est: laus isrl̄. Deū q̄ppe vidētiū
ip̄e reuera laus ē: q̄ sctis oia glīosa ꝯcedit.
Et ē tertia diffinitōis species: q̄ grece peo-
tes: latine q̄litatiua ꝺr. Hęc dicēdo q̄d q̄le
sit: hoc vñ agiť q̄d sit euidenter ostendit.

In te sperauerūt prēs nr̄i: spera
uerūt ⁊ liberasti eos. Ne duriciaꝫ q̄s-

q̄ putaret p̄ris: sic dictū ē: q̄d se fili⁹ nō ꝓfiteꝛ auditū: tangūꝛ ⁊ ipo breuiꝛ illa q̄ gesta sūt. Eripuit eñ pp̄lz isrł d terra egypti: eruit tres pueros de camio: liberauit danielem de lacu leonū: ⁊ alia seu q̄ fiūt: seu q̄ legunꝛ inumera. Sz cū hec tāta supplicātib⁹ siue ꝯstiterit: siue ꝯstet: tñ filio ꝓpo nō pepercit: ꝫ ꝓ nob oibus tradidit illū [h.8.]: vt iplerēꝛ videlicz scpture: ⁊ sal⁹ mūdi ipi⁹ passione ꝓueniret. P̄res aūt suos: q̄d christ⁹ domin⁹ dicit: ex illa pte debet itelligi q̄ ⁊ fratres suos apl̄os vocauit: sicut in euāgelio post resurrectionē suā dixit [Io.20.]: Uade ad frēs meos ⁊ dices ad eos: Ascēdo ad p̄rez meū ⁊ p̄rem vr̄m. **Ad te clamauerūt ⁊ salui facti sūt: i te sperauerūt ⁊ nō sūt ꝯfusi.** Certissima ē snīa q̄ demōstrat effectū. Nccē ē eñ vt ad vtilitatē suaz audiaꝛ q̄ clamat ad dn̄m. Quāti eñ martyres ab infidelib⁹ nō credebāꝛ audiri: dū eos corpalis pena ꝯsumeret? Sz illi potēti⁹ auditi sūt: q̄ coronā martyrij pcipe meruerunt. Dn̄s ḡ iustos suos sp̄ exaudit: ꝫ queadmodum illis expedire cognoscit. Nec vacat: quod sperauerunt freq̄nter iterauit. Figura est eñ: q̄ grece dr̄ Ephebasis: latine iteratio: q̄tiēs p singula comata: ad decorem maximū v̾ba gemināꝛ. Nō sūt ꝯfusi: vtiq̄ q̄s vēturos ꝯstat ad p̄miū. Nō eñ ꝯfunditur: q̄ bonū d̄siderium suū adipisci posse mōstraꝛ. **Ego aūt suz v̾mis ⁊ nō hō: opprobriū hoium: ⁊ abiectio plebis.** Hoc p figurā dr̄ Tapinosin: q̄ latine hūiliatio nūcupaꝛ: q̄tiēs magnitudo mirabil: reb⁹ hūilimis cōpaꝛ: sicut apl̄s ait [Cor.j]: Infirma mūdi hui⁹ elegit: vt ꝯfundat fortia. Uermis: nimia q̄dē videꝛ abiectiōe temnibilis: ꝫ mag̃ ꝯtinet sacra mysterij. Nasciꝛ absq̄ ꝯcubitu: repit hūilis: moueꝛ sine sonitu. Que si ꝯsideres: nō imerito dn̄z christū vermē appellatū eē cog̃sces. Uermis ḡ q̄ mortal: q̄ de carne sine pmixtiōe hūani seminis natus ē: q̄ vie ipius silētiose ⁊ hūiles extiterūt. Compat se eñ creator hūilimis creaturl suis: ne q̄dez estimares abiectū: q̄d ipo nosciꝛ auctore formatū: sic. scriptū est [Gen.j]: Fecit de⁹ oia valde bona. Sic ⁊ ipse dauid: doctorē secut⁹: minutissimo se pulici coequauit [c.26.]. Ipa eñ v̾tus ē religiōis: vt q̄to se plus vnusq̄sq̄ exēplo creatorl hūiliat: tāto ampli⁹ exalteꝛ ad gl̄iam. Nō hō: id est: nō pctōr: q̄d in illo eē nō potuit. Hō ergo diciꝛ q̄tū ptinet ad hūanam naturā. Idē nō hō appellaꝛ: q̄ q̄d est ꝓpriū hoīs pctā nō habuit. Nā ⁊ diabol⁹ in euāgelio dict⁹ est hō: vt est illud [Math.13.]: Inimic⁹ hō superseminauit zizania. Uñ h̾ nomen esse ꝯstat omonymon. Opprobriū aūt hoim fuit: q̄ñ eū sputis innūeris cōpluebāt: ⁊ alapis sacrilegis v̾berabāt. Abiectio pleb fuit: quādo pōti⁹ pilat⁹ dedit turb ptātem quē vellent sibi dimitti. Illi barraban eligentes: xp̄m dn̄m poti⁹ abiecerūt. **Oēs† q̄ videbāt me† aspnabāꝛ me: locuti sūt labijs ⁊ mouerūt caput.** [Ar. vidētes] [Ar. deriserūt] Oēs: de malis tñ suscipiendū est. Nam si misceas fideles: nō pōt stare snīa. Que figura grece diciꝛ Syncdoche [Sche]: latine a toto partē. Aspnabanꝛ ḡ iudei dn̄z saluatorē: q̄ñ dicebāt [Math.27.]: Alios saluos fecit: seipm nō potest saluū facere. ⁊c. Proprie aūt posuit labijs eos fuisse locutos. Tales eñ ore nō corde fabulātur: q̄bus nō ꝓuenit firma delibatōne sententia. Quid tñ isti labijs loq̄banꝛ? [Ibidē.] Si fili⁹ dei est: descēdat de cruce. Istud eñ aio discrepāte videbanꝛ tm̄ labia ꝑsonare. Naz vt p iracūdiā: nō p rationē ꝓbares dictū: adiecit: moueꝛt caput: q̄d minātes faciūt: nō iudicātes. **Sperauit i dn̄o eripiat euz: saluū faciat eum: q̄m vult eū.** Hoc p figurā dictū ē a iudeis: q̄ grece diciꝛ Ironia [Sche]: latine irrisio: aliud q̄ conaꝛ oñdens. Uerba siq̄dem ista specialr̄ euangelij sunt. Dicebāt eñ iudei q̄ñ pendebat cruce [Math.27.]: Sperauit in dn̄o: liberet nūc si vult eum. O celestis integritas: nōne videmur h̾ euangeliū recēsere q̄ psalmū: q̄ñ tāta veritate cōpleta sunt: vt non futura: ꝫ transacta eē videanꝛ? Merito: ne quid aut exexcusabile pfidis: aut fidelib⁹ relinq̄retur ambiguū. **Qm̄ tu es q̄† abstraxisti me de vētre: spes mea ab vberib⁹ m̄ris mee.** [Ar. extraxisti] De vētre vtiq̄ v̾ginali: q̄ iā tūc ab origīalis pcti vitio sequestrat⁹ tāq̄ spōsus pcessit de thalamo. Inde se dicit abstractuz: vnde humanitas tenebaꝛ obnoxia. Siue illud accipiēdū est: q̄m de vtero m̄ris iure se a dn̄o dicebat abstractū: vt oñderet natiuitatē illā dn̄ica v̾tute pfectā: ne incredidilis videreꝛ v̾ginis partus: dn̄

esset dñi opatione cõplet⁹. Et vt declaret pfectã hũanitatẽ quã assumẽ atq̃ mõstrare dignatus est: ab initio vite sue spem suam dic in dño posuisse. Iterũ hic q̃ incõprehẽsibilis scitas ⁊ singularis ostdit magnitudo. Nã cui alij datũ est diuitatez agnoscere: quẽ adhuc potuerãt vbera matna lactare? Incipiens ẽ etas dicebat: ad qð aliorũ vix potest puenire maturitas. In te iactat⁹ sũ ex vtero. De vẽtre mřis mee: de⁹ me⁹ es tu. Ut hõ iste locut⁹ ẽ. Nã cũ se dic iactatũ i dño: ostdit ab hũana iniqtate se fuisse discretũ. Qð aũt seqtur: Ex vtero mřis: ad errorẽ ptinet synagoge: vñ eũ pfidia iudeorũ pstat expulsuz. Ceterũ sine deo ñ fuit nec ipa pceptio. Nã sic hõ in iniqtatib⁹ pcipit: sic in ipa incarnatõis origine dñi xpi diuia suba hũanitate iũcta atq̃ adunata declarat. Sic ⁊ ab angelo marie semp ṽgini pphetatũ est: Spũssanct⁹ supueniet in te: ⁊ ṽtus altissimi obumbrabit tibi: ppterea qð nascet ex te sctm̃ vocabitur filius dei. Ne discesseris a me.

Qm̃ tribulatio pxima ẽ: ⁊ nõ ẽ qui adiuuet. Metu mortis ⁊ ista plata sunt: q: dictur⁹ erat: Pr̃ si fieri põt: trãseat a me calix iste. Tribulatõem ṽo dic mortis cogitationẽ: q̃ longe post secul iminebat. Quã ideo denũciat pximã: vt assumptio vere carnis tristiciã oñderet passiõis: Siue q: illi iitiũ nõ est omẽ qð ventuz: sic ppha dic: Qm̃ mille anni añ oclos tuos sicut dies hesterna q̃ pteriuit: Siue tribulatiõem dic pximã: q: erat i sua carne passur⁹. Nã qcunq̃ dãna facultatũ: orbitates filiorũ: amissiões bonorũ: vel alia huiuscemõi sustinet: longinq̃ sibi mala cognoscit sustinere. Cũ ṽo in carne sua qs patit: tũc illi pxia tribulatio copulat. Qð aũt dic: Et nõ ẽ q̃ adiuuet: puritas petẽtis ⁊ ṽtus diuitatis oñdit: q: si de⁹ nõ adiuuet: nlls est q̃ eripiat piclitantẽ. Cõsiderem⁹ ẽ si debem⁹ aliqñ ab ipo diuidi: q̃ nulli⁹ nisi ipius tm̃ possum⁹ miseratõe saluari. Circũdederũt me vituli mlti: tauri pingues obsederũt me. Oratione decursa: quã in passionib⁹ suis semp pmittit (sicut eũ fecisse tẽpore traditõis euangelistarũ dicta testant) ne se fideliũ vota pcipitare forsitan incõsulte psumerẽt: venit ad scdam ptem: vbi p allegoricas cõpatiões crucifixiõis sue reuelat arcanũ. Et nota q: futura p pterito ponit: vt durissima corda iudeorũ q̃ pacta veritate puinceret. Que figura dr Prolepsis: latine poccupatõ: qñ refert aliqd per tps pteritũ: qð adhuc credit esse venturũ. Totũ factũ est: ne periret incredulus: s ipe sibi extitit re⁹ q̃ se totiẽs ptempsit admonitus. Uituli multi: ipi sunt videlicet iudeorũ: q̃ ignorato dei iugo incõsiderata pcacitate lasciuiũt: sic petulãtes ⁊ fatui: q̃ gress⁹ suos nulla moderatiõe distinguũt: s vagi ⁊ penduli: ad iniq̃ psilia qbusdã saltib⁹ efferũt. Tauros pingues: pncipes iudeorum designat: q̃ inuicẽ tauri maliciaz supbiãq̃ suã erectis ceruicib⁹ inflauerũt: ⁊ innocẽtis sanguinẽ truculẽtis cornib⁹ effuderũt. Apte ṽo addidit: pingues. Tũc em̃ ipm aĩal nimis reddit inqetũ: qñ pinguedine multa refertũ est: ⁊ de mansueto ferox efficit: cuz psumptiõe luxuriãtis corpis aĩat. Qð si ad huc alti⁹ auctoritatis ṽba pẽsem⁹: circũdederũt: põt trahi ad eos q̃ illũ cum gladijs ⁊ fustibus ambierũt. Obsederũt aũt: ad illos q̃ sepulchrũ eius custodierũt: ne a discipulis occulte raperet. Obsidio em̃ dicta ẽ qñ hostiũ insessio: id est: hostilis circũdatio. Aperuerũt in me os suuz: sic leo rapiẽs et rugiẽs. Metaphora introducta est a psuetudie ferarũ: q̃ auide os aperunt qñ aliqd deglutire ptẽdũt. In me aũt: dixit ptra me: cũ detestabili adunatõne dicebãt: Crucifige: crucifige. Os suuz. Reuera suũ: qð nõ illis sapia apuit: s cogitatio scelerata reserauit. Audiãt vtrũq̃ pelagiani qñ iudei neqciam locuti sunt: ipsi os suũ aperuerũt. In bono aũt legit: Domine labia mea apies: ⁊ os meũ annũciabit laudẽ tuã. Quod aũt dixit: sicut leo rapiens ⁊ rugiẽs. Rapiẽs ptinet ad insanissimã seditionẽ: quãdo eũ raptũ traxerũt ad tribunal psidis audiẽdũ. Rugiẽs: ad blasphemas voces quibus clamauerũt: Crucifige: crucifige. Quod vtrũq̃ feris merito cõpatum est: quãdo insani ipi psiliũ rationabile perdiderũt. Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea. Compatio ista nõ mimuz ptinet sacramẽtũ. Dispsa sunt ossa ei⁹: id est: firmi ac fideles apli: quãdo dixit eis: Ecce

Al. piect⁹

Luc. j.

Matth. 26.

Ps. 89.

Sc

E

Al.

Luc

Ps

Ps

ego mitto vos velut agnos ĩ medio lupo-
rũ: tũc illi sic aq̃ effusi sũt. Aqua eñ qñ fũ-
dit̃ ꝛ rigat ꝛ abluit: sic illi orbẽ terrarũ di-
uino imbre saciantes: pctõꝝ sordib⁹ ablue-
rũt. **Factũ est cor meũ tanq̃ cera liquescẽs ĩ medio ventris mei.** Cor
suũ: voluntatẽ suã dic̃: q̃ in scripturis diui-
nis clausa tegebat̃: s̃ impleta passione oĩs
veritas de aduẽtu ei⁹ pmissa reuelata est.
Bene aũt legl̃ mysteria cõpata sunt cere:
q̃ tũc splẽdorẽ reddit: qñ in vsum lumis ca-
lore liquefacta dissoluit̃. Uentrẽ vo suũ:
dicit ecclĩam catholicã: vbi tecta vba p̃di-
cantiũ: veniẽte tpis plenitudine patuer̃t.
Inde est ꝛ illud: qḋ velũ templi in passiõe
dñi ɔstat scissum. Reuelata sunt eñ tali fa-
cto illa q̃ tegebant̃ occulta. †**Exaruit velut testa vtus mea: ꝛ ligua mea adhesit faucib⁹ meis: ꝛ in puluere mortis** †**deduxerũt me.** Uirtutẽ chri-
sti teste nõ putem⁹ incõgrue cõpataз: q: si-
cut illa fornace durescit: ꝛ fortior redditur
igne decocta: sic passiõe dñi vtus ei⁹ soli-
data ẽ: q̃ pus q̃si lutea videbat̃ incredul̃.
Linguã vo suã: significat p̃dicatores apo-
stolos: q̃ adheserũt faucib⁹ xp̃i dũ ei⁹ man-
data custodiũt. Ille eñ in faucib⁹ dñicis
manet: q̃ se diuino adiutorio in ipius p̃di-
catiõe custodit. Sed quõ se dicit in pulue-
rẽ deductũ: cui⁹ caro nõ ptulit corruptõez?
Sed h̃ ad votũ intelligẽdũ est imaniũ iu-
deoꝝ: q̃ se putabãt xp̃o mortẽ dedisse cõez
in q̃ crederet̃ vsq̃ ĩ puluerẽ fuisse deduct⁹.
Siue magl̃ a mẽbris suis: id est: ab ecclĩa
dicat se vsq̃ ad puluerẽ fuisse perductum.
Sors ista: hũane ɔditiõi videbat̃ eẽ cõis.

Qm̃ circũdederũt me canes mlti: ɔciliũ malignantiũ obsedit me.
Hic mirabili pprietate: passiõis sue sacra-
describit. Canũ igit̃ natura tal̃ est: vt no-
uis hoib⁹ nullaten⁹ acq̃escat: s̃ iportunis
atq̃ assiduis latratibus arceat: q̃s noticia
domestice ɔũsationis ĩgrat. His ĝ iudei iu-
stissime cõpant̃: q̃ nouã doctrinã dñi mini-
me recipiẽtes: ɔ̃ eũ ferocissimis vocib⁹ ob-
latrabãt. Doctrina vo noua ẽ: sic euãgeli-
sta dic̃: Mandatũ nouũ do vob: vt vos ĩ-
uicẽ diligatis. Qḋ etiã esaias ppha testa-
tur. Uetera trãsierũt: ecce facta sunt noua
oĩa. Patenter aũt describit̃ act⁹ ille iudai-
cus. Fuit eñ ɔciliũ malignantiũ: qñ cogi-
tabant iesuз dñm dolo tenere mortiq̃ tra-
dere. Malignantiũ q̃ppe dicit: maligna co-
gitantiũ. Et merito se fatet̃ obsessuз: q: in
ipo erat ciuitas hierl̃m: quam hostes fidei
xp̃iane in eodẽ obsidere videbãt̃. **Foderũt man⁹ meas ꝛ pedes meos.**
Sed anteq̃ ad passionis ipius veniamus
exordiũ: pscrutãdũ est: cur talẽ elegerit si-
bi mortẽ q̃ dicit: Ptãtem habeo ponendi
aĩam meã: ꝛ ptãteз habeo iteꝝ sumẽdi eã?
Primũ: q̃ crucis ipa positõ tal̃ est: vt pars
eius supior celũ expetat: inferior terras nõ
deserat: fixa infernoruз ima contingat: et
velut q̃busdã brachijs extẽsis latitudo ei⁹
toti⁹ ptes appetat mũdi: iacens vero q̃ttu-
or cardies orb designat. Sic ĩ puo posita:
cũcta videt̃ eẽ cõplexa. De cruce dñi dico:
q̃ de penali malo pctõꝝ facta est btã redẽ-
ptio: Postea tribuẽs salut̃ bonũ: q̃ pridez
dabat iteritũ: patibulũ salutare: mors idi-
cãs vitã: hũilitas diuinã pclamãs sũmita-
tẽ: vt xp̃m in celo: xp̃m in terra: xp̃з p totũ
orbẽ: xp̃m q̃ӡ ad inferna p figurã crucis eẽ
coĝscas. Qḋ si aut ferro trũcat⁹: aut igni-
bus fuisset absumpt⁹: aut lapidib⁹ oppss⁹:
aut fluctib⁹ demersus: aut alia q̃libet mor-
te p̃uentus: q̃ signo rogo diabol⁹ pelleret̃?
Quo vexillo frõs christianoꝝ tuta mãsis-
set? Qua figura corpis ꝛ aĩe firmaret̃ infir-
mitas? Nulla mors tante maiestati me-
lius ɔuenire potuit: nisi q̃ nobis pfecte sa-
lutis indicia dereliq̃t. Preuisum ẽ etiã ad
credulitatẽ nr̃am: vt alti⁹ ɔfigeret̃: videret̃
a multis: crederet̃ a plurimis. Et ne deum
quispiã dubitaret: in cui⁹ passiõe tot ꝛ tan-
ta miracula ɔuenissent: p vniuersum mun-
dũ tenebre facte sunt: terra tremuit: petre
scisse sũt: vt orb passuз euidẽter suũ testa-
ret̃ auctorẽ. Sic istã crucifixonẽ: totũ mira-
bile hr̃e decuit: q̃ templũ pij redemptoris
excepit. Quapropt̃ merito a xp̃o electa est
crux: in q̃ ꝛ singularit̃ occũberet: ꝛ cõi sorte
moreret̃. Et q̃uis passionis dñice ad lr̃am
simplex h̃ videat̃ eẽ narratio: tñ aliq̃d nob
ꝛ spũaliter sentiendũ actus iste significat.
Man⁹ xp̃i iudei violauerũt: qñ ei⁹ miracu-
lis nullaten⁹ credẽ maluerũt. Man⁹ eñ si-
gnificãt opatiões: q̃s ĩ diũsorũ lãguorib⁹
medic⁹ celestis exercuit: vt eoꝝ obstinata

Marginalia: Exaruit tanquã · deduxisti · Ioh. 13 · Esa. 65 · ET · Ioh. 10 · ☧ · Matth. 27.

duricia sigꝝ ꝟtutibus molliret'. Pedes ꝙ̃
foderũt: dñ eius apl'os: p q̃s fides christia-
na in gentibus ambulauit lacerandos esse
putauerunt. Sic future cause: in ista domi
ni crucifixione predicte sunt. Foderunt au
tez: nõ trãsitorie debem⁹ accipe: qꝛ t'ra tũc
varios fetus germinat: qñ hoim studio co
gnoscit' exarata. Qd ꝯtigit i corpe dñi sal-
uatoris. Illud eñ clauis affixũ: lãcea pfo-
ratũ fructũ nob intulit sine fine mãsuruz.
Quapropt': iã nõ ꝑtimescim⁹ dicẽ: deũ car
ne passũ: deũ mortuũ p salute cũctoꝝ. Vñ
pr augustin⁹ mirabilr ꝛ solito more decla-
mauit dicẽs. Res vetusta erat: vt hõ mo-
reret'. Qd ne semp valeret in hoie: res no-
ua facta est vt de⁹ moreret': sic̃ ꝛ aplus ait:
Nos aũt p̃dicam⁹ christũ: ꝛ hũc crucifixũ.
Et ne filiũ ꝟginis: vt q̃dã demẽtiũ putãt:
aliũ fortasse sentires: adiecit. Christũ vtiqꝫ
dei ꝟtutẽ: ꝛ dei sapiam: qꝛ qd stultũ ẽ dei:
sapienti⁹ est hoib⁹: ꝛ qd infirmũ ẽ dei: for-
tius est hoibus. Quid eñ tã stultũ: tã ifir-
mum videt' incredul': ꝙ̃ cum audiũt deuz
dei filiũ crucifixũ parit' ꝛ sepultũ? Sz pla-
cuit deo p stulticiã p̃dicatõis saluos facere
credẽtes. Incarnatio siqdem dñi: mis'cdie
ipius est mirabil' altitudo: iestimabile do-
nũ: incõprehẽsibile mysteriũ: vñ aut rectis
mẽtib⁹ ꝓuenit salus: aut ꝑuersis sensibus
gnãtur interit⁹. Dinumerauerũt oĩa
ossa mea. Ipi ꝟo ꝯsiderauerũt
ꝛ ꝯspexerũt me. Forma cruc' mira pro
prietate depicta ẽ: vt oẽ corp⁹ in ea sic di
cat' extẽsum: q̃ten⁹ ei⁹ ossa hũanis ocl'is nu
merabilia viderẽt': vt qd caro supducta ce
lauerat: nimia tẽsiõe corpis appareret. Sz
videam⁹ vtꝝ pena dicẽda sit an tribunal:
dãnatio an disceptatio: vbi q̃i in regali so
lio ꝯstitut⁹: increpãtez relic̃t reũ: ꝯfitentẽ
reddidit ꝓtin⁹ absolutum. Quo facto illi
humani gener' miserator eximi⁹: q̃d san-
ctis suis p̃staturus eẽt: in latronis ꝯbita cõ
fessiõe mõstrauit. Dinũerata sũt etiã ossa
ei⁹: id est: apl'i: siue reliq̃ christiani: qñ ꝑse-
cutiõe facta truculẽtiũ iudeoꝝ: ne in maio
rem numeꝝ ꝯualescerẽt q̃rebãtur extigui.
Seq̃tur etiã incredulitat' eoꝝ detestabilis
obstinatõ: vt nõ aliq̃d trãsitorie aut casua
lit' fecisse videãt': s dic̃ eos ꝯsiderasse ꝛ con
spexisse: ꝛ cor eoꝝ lapideũ: tot miracul' nõ

℟ — j.Cor.j — Al. inspexerũt

fuisse mollitũ. Petre scisse sũt: terra tremu
it: sol amictu se tenebroso ne tm̃ scelus vi-
deret abscõdit: ꝛ ꝓdolor iniq̃tas in ipoꝛuz
ocl'is defixa i sacrilegio suo mãsit imobil'.
Diuiserũt sibi vestimẽta mea: ꝛ su-
per vestẽ meã miserũt sortẽ. Quam-
uis tota passio dñi mag̃ sacra ꝯtineat: tñ h
nescio qd mai⁹ parturit' arcanũ: qd alia ve
stimẽta sua dic̃ eẽ diuidẽda: aliã vestẽ ad sor
tẽ nihilomin⁹ pducẽdã. Vestimenta illa q̃
diuisa sũt: scpturas significãt ꝓphaꝝ vel
reliq̃ruz celestiũ lectionũ: q̃s heretici p̄ua i
terp̄tatiõe diuidẽtes: pilati militib⁹ scele-
rata se diuisiõe ꝯiungũt. Tunica ꝟo illa q̃
venit ad sortẽ: q̃ ei⁹ scitatẽ corpis ambie-
bat: quã dic̃ euãgelista desup fuisse ꝯtextã
p totũ: catholica ꝓbat' eccl'ia: q̃ nullaten⁹
hũano discerpẽda dat' arbitrio: s integ̃ at-
qꝫ inuiolabil' q̃si ex sorte vnicuiqꝫ diuia sp
largitate p̃stat'. Ipa ẽ ꝯtexta desup: quam
nemo diuidit: nemo dirũpit: s ppetua sta-
bilitate firmissima: i vnitat' sue robore p-
seuerat. De q̃ ipa ꝟitas dic̃: Tu es petr⁹: ꝛ
sup hãc petrã edificabo eccl'iam meã: ꝛ por
te inferi nõ p̃ualebũt adũsus eã. Qd factũ
ꝛ euãgelista testat' dicẽs: Postꝙ̃ crucifixe-
rũt eũ: diuiserũt vestimẽta ei⁹: sortẽ mittẽ-
tes. Verꝝ ista sors i scripturis diuis tã sepi
us ꝯmemorat': vt magnũ nescio q̃d diuini
iudicij gestare videat' arcanũ. Scriptũ ẽ ei
i leuitico: vnã sortẽ dño dari ꝛ vnã apopẽ-
peo: id est: trãsmissori. Itẽ moyses q̃busdã
tribub⁹ trãs iordanẽ t'rã sorte diuisit. Jes⁹
ꝙ̃ fili⁹ naue: terrã repromissiõis filijs isrl'
sorte missa distribuit. Sors ꝙ̃ ionã pdidit
latentẽ. Et in salomone legit': Cõtradictõ
nes cohibet sors: ꝛ int' potẽtes definit. In
nouo ꝙ̃ testamẽto: id est: in actib⁹ aploꝝ:
sors matthiã desiĝuit aplm. Paulus etiã
ipe apls scribẽs ad ephesios: sorte se dic̃ vo
catũ sm ꝓpositũ ei⁹: q̃ oia opat' sm ꝯsiliuz
volũtat' sue. Necnõ ad colossenses scribẽs
dicit. Gr̃as inq̃t agẽtes deo prĩ: q̃ idoneos
nos fec̃ in pte sort' sctõꝝ in lumie. Sed cũ
mlta legãtur: tã in veteri ꝙ̃ i nouo testam̃
to sortib⁹ fuisse diuisa: nemo ausus est ne-
gare: p eam diuinit⁹ eẽ mõstratũ: qd mens
deuota petitõe supplici postulauit. Tu
aũt domine ne lõge facias auxiliũ
tuũ a me: ad defensionẽ meã aspi-

Math. 27 — Et Lu. 23 — Mat. 16 — Mat. 27 — ℟ — Jone. j — Pro. 18 — Act. j — Eph. j — Col. j — Al. — Al.

te. Hic iam resurrectõem celerrimã deprecat: vt pfidor mala crudelitas supueniẽti tali glia destruat. Auxiliũ eni: ipam significat resurrectiõem: q vtiqz lõge facta non est: qn triduana puenit. Seqt. Ad defensionẽ meã aspice. Sz q sit ista defensio: cõseqnter expõit. †Eripe a framea† animã meã: z de manu canis vnicam meã. Libari se postulauit a morte quam subiturus erat: collato scz resurrectiõis auxilio. Framea enim synonymũ ẽ nomẽ: significãs siue hastã: siue gladiũ: siue qlibz arma p q voluit futur cruc exitiũ pcpetẽter adũ ti: qz p ipam mors plerũqz succedit. Sz primo dixit: Eripe aiam meã: mõ petit libari ecclĩam: q est illi vnica: id est: catholica: vt intelligat doctrinas nouas z pciliabula pditorũ: vnitat vocabulo respuisse: hereticos h canib9 cõpans: q domestica qdã feritate atrociter mãsueti: cũ de penetralibus nris exeũt ecclĩam dei mordere ac lacerare festinãt. Et vt scias canes talib9 hoib9 aptissime cõpatos: de manu canis dixit: qd vtiqz hõ: n canis habz. Siue vt qdã volũt: manu canis: significat ptãte mũdi isti9: q ecclĩam dei lacerare mordaci ac sbdola sp iniqtate festinat. Canes aũt nõ i malo tm: s etiã i bono poni: freqntia exẽpla testãt. †Libera me d ore leõis: z a cornib9† vnicornior hũilitatẽ meã. De ore leonis: de ptãte diaboli dic: q bñ cõparat feris: qm hũanis semp delectat exitijs. Sz ne forte aliqbus scrupul9 inde nascat: qre freqnter vna res z optimis psonis aptat z pessimis: Dicẽdũ est: qd ad sies partes debeat aplicari. Unãqqz rem diũsas certũ est hre qlitates: vt leo de q nũc smo est: habet fortitudinẽ ppt quã beluar rex apellat. Habet z truculentã seuiciã: ppter qd ferox dr. Quapropt fortitudo ei9 z potestas christo merito cõpat: vt ẽ illd. Uicit leo de tribu iuda. Ferocia do ipius: diabolo cõpetẽter adiũgit: sicut petr9 apls dicit: Sobrij estote z vigilate: qz adũsarius vester diabol9 sic leo rugiẽs circũit: qrẽs quẽ deuoret. Ita fit vt vnũ aial psiderat ei9 qlitatib9: rebus a se discrepantibus rõnabiliter cõparet. Qd genus locutiõis: scripture diuie forsitã ppriũ nõ imerito dixerim9. Sic z reliqs cõpationes hmõi: psentis expositiõis ratio cõprehẽdit. A cornibus: id est: a supbis de sũmitatũ suar potestate ferientiũ. Sed inspice qd addidit: vnicornior: id est: se singularit erigentiũ: q nimia elatiõe surgẽtes: psortes ferre nõ pñt: duz soli faciendũ putãt qdcũqz libuerit. Talia enim aialia q vno cornu armant: mlto fortiora sunt ab his qbus duplicia tribuũt: que greci monoceron apellãt. Ab illa eni vnicornior supbia nõ ferẽda hũilitatẽ suaz: q destituta oppmi facile possit eripi postulauit. Narrabo nomẽ tuũ fratrib9 meis: in medio ecclesie laudabo te. Post sacrã passionẽ: dicit gliam diuitatis toto orbe vulgandã. Narrabo eni dic: id est: narrare facio. Fres aũt dicunt: q diligũt z diligũt. Nam q pati venerat p salute cũctor: quẽ eor n dicẽt frẽm: De q loco patẽter ait apls: Decebat eni eũ ppt quẽ oia z p quẽ oia: q mltos filios i gliaz adduxerat: auctorẽ salut eor p passionẽ psũmari. Qui ei sctificat z q sctificãt: ab vno oẽs. Propt quã cãm nõ pfundit fratres eos vocare dicẽs: Nũciabo nomẽ tuũ frib9 meis. Sic ait z in euãgelio post resurrectionez: Dicite frib9 meis. Et alibi. Qui fecerit volũtatẽ pris mei q in celis est: hic meus pr z mater z frater est. In medio do ecclie laudat dñm: q se pia puersatione tractauerit. Ipius eni pconiũ est mor sanctitas custodita: qn nihil valet aliqd boni caro facere: nisi cui diuia miscdia pbitatẽ noscit pstitisse. In medio aũt: dic palã: z in pũsatiõe multor: vbi recte mẽtis opatio reliqs fidelib9 pstat exemplũ. Qui timetis dñm laudate eũ: vniuersum semẽ iacob †magnificate eũ. Paulo lati9 domini passione narrata: ne corda fideliũ lõga tristicia turbarent: venit ad tertiã partem: vbi deuotos alloqtur vt dñi dispẽsatiõe recognita laudẽt eũ: z pconia ipi9 generali exultatiõe pcelebrẽt: qm p eius passionẽ puenit salus fideliũ z vita iustoruz. Nunc intẽdamus q suauis in timore domini declarat affectus. Timor hũan9: nõ laudem parturit: s vituperationẽ. Dei autem timor: qz iustus z rectus est: laudẽ generat: amorẽ tribuit: ardorẽ caritat inflãmat. Laudate g dicit q timet dñm: id est: q reuerentiam habetis nois ei9: qz euz nõ

Marginalia: Al. Erue / Al. deus; Al. Salua / Al. a cornibus; Apoc. 5.; Pe. 5; ET; Heb. 2; Matth. 28; Matth. 12; Al. glorificate

merent pdicare: nisi q cognoscit et timere. Uniuersum: in ptem bonorum accipe: qr illos tm mauult intelligi: q fidei iacob deuotionique consentiunt: superantes p religionis affectu ve teris hois prima natiuitate. Timeat eum ome semen israel. Seme isrl: no vni nationis plus significat: s cunctarum gentium cognoscit plenitudo: vnde constat eccliam colligenda. Et qr supius dixerat: laudate q timet dnm: nunc ad qs timor ptinere possit edicit: ad israelitas vtique: id est: vide tes dnm: qr nesciunt timere deu: q heretica prauitate cecati sunt: vl idolis scelerata mente deseruiunt. Quonia no spreuit: neque despexit precem pauperum. Qd solet facere mudi isti honore gliantes: spernere paupes: despice supplicantes: causamque de habitus qlitate metiri: vt si sit vestibus nitidus verax putet: si amictu sordidus medacissimus habeat. Sed apud deu loge diuisum e: qui de veste no iudicat: q opulentia no honorat: sed ille pces fidelium pauperum exaudit: et adiuuat egenos: Illi pciosus e: qui tm fuerit scitate ditissimus. Neque auertit facie sua a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me. Intelligamus hunc versum: et deo gras inquantu possumus deuota mete referamus. Nam cu diceret gnaliter agedas ee gras: qr paupes diuitas exaudire digtur: se intulit dns christus: dicedo: Neque auertit facie sua a me. Sic g causam omniu sua fecit: sic pcta mudi corpis sui scitate deleuit: vt du ad se infirmitate huma na trahit: diabolus amitteret qd tenebat. Quid aut clamauit? Quid se dic auditu? Utique vt mors nra eius exitio finiret: vt peccatu veterl hominis redimeret pcio sctissime passiois. Apud te laus mea i ecclesia magna: vota mea dno reddam cora timentibus eum. Apud te: significat de te: in ecclia magna catholica scz: q vniuso terrarum orbe diffusa e. Magna em et aplitudie recte dicit et honore. Uota vero mauult intelligi sacra corpis et sanguis sui: q illis psentibus reddutur: q ei scto timore subiecti sunt. Denique vide quid sequitur. Edent pauperes et saturabunt. Hec sunt vota que superius dixit. Et psidera: qr paupes tm posuit: q mudi istius illecebras ptemptu ditissimo respue runt: no diuites q seculi huius felicitate referti sunt: s paupes: id est: regnu dei esurientes. Ideo em addidit: et saturabunt. Saturari em no poterat: nisi quos talis possidebat esuries. Et laudabunt dominu qui requirunt eu: viuit cor eorum in seculu seculi. Permansit in supioribus dictis. Nam cu saturati pauperes fuerint: laudabut dnm. Paupes dnm laudat: diuites semetipos exaltat. Isti thesauraria trena pgerut: illi celesti vbertate ditescut. Facultas dispar: s psciētia dissimilis. Isti deniqz locupletes sut de mudo: illi d deo. O qz dissimilia vota sortiti sut. Pauperes possident qd nunqz pdent: diuites tenent qd no solu mortui: s etiam viui frequenter amittut. Seqtur. Uiuit cor eorum i seculum seculi. Uiuit cor: id est: spes eorum immobil vegetat. Illd em veraciter viuere dicimus: qd in diuinitatl gra pseuerat. Reminiscentur et puertentur ad dnm: vniuerse fines terre. Reminisci pprie illos dicimus: qs post obliuionis iniuria ad memorie pstat redisse medicina. Sed h de paganis quomo possit intelligi: q nlla sacrameta fidei ante puersione suam vllatenus susceperut? Sed et eos bn dicimus reminisci: qr ois ho deu sibi pfitet auctore. Sed quādo deus oipotens esse fidelit agnoscit: recte dicit ab eis reminisci: vt ad illu veraciter redeat: que pus puersa volutate neglexerant. Seqtur. Couertet vniuersi fines terre. Prophetia est vniusalis ecclie: qua nuc pstat toto orbe diffusa. Et adorabut in pspectu eius: omes patrie gentium. Ne qs putaret dubiu: quo esset ab vniuersis getibus adorandus: intposuit: i cospectu eius: vbi nullus adorat nisi q de sincera fide psumpserit. Cospectus em illius no est: nisi sup fidelissimos et btos. Dicendo: Omes patrie getium: nihil excepit qui cucta pclusit: vt p indigenas suos et ipe qz patrie credant esse deuote. Qm domini est regnum: et ipe dominabit gentiu. Intedamus qd iste versus pposteratus ondat intelligi. Deus dominabitur gentiu: quonia dni est regnu: qr non sunt gentiu regna: sed domini: q potestate sua et mutat reges et ptinet. Et necesse est ipm debere vbiqz coli que reru dominu costat

Al. deprecationem

Al. nec

Al. i cospectu timentiu

Al. vi... corda

Al. ... fami...

intelligi. De quo loco pater augustin⁹ in libro ad honoratū p̄sbyterum: more suo mirabiliter dixit. Ille irrisus: ille crucifixus: ille derelict⁹: hoc regnū acquirit ꝛ tradit in fine deo ꝛ patri: nō vtiqꝫ vt ipse amittat: ſ vt quod in fide seminauit: cū venit minor patre: hoc perducat in speciē in qua equalis nō recessit a patre. Probata est his dictis vniuersalis eccl'ia. Desinant homines donatistaꝝ vanitate ꝯfundi. Nō pōt p̄ualere pl⁹ fraus diabolica: q̄ religio christiana. Necessariū ē em̄ inuēto loco: hereticorum cōfutare nequicias: qm̄ dum illos dn̄o ꝑstāte destruim⁹: catholice fidei sensuꝫ firmamus. **Manducauerūt ꝛ adorauerunt omnes diuites terre.** Quid est hoc quod superi⁹ de corpe domini pauperes dicit eē saturatos: hic autē diuites terre tantū mādūcasse ꝛ adorasse ꝯfirmat? Scilicet vt intelligas: nō humiles: ſ superbos q̄ non habēt in mansuetudine spem: sed in diuitijs ꝑsūptionē. Nam licet eadē ꝑdicationū sacramēta susceperint: tn̄ par nō est i vtrisqꝫ deuotiō. Illi em̄ vsqꝫ ad saturitatē comedūt: id est: vsqꝫ ad ꝑfectōnē: isti sic manducāt vt nō magnis desiderijs expleant. Aliud est em̄ mediocriter aliq̄d velle ꝑcipere: ꝛ aliud toto mētis ardore ꝑquirere. Et ideo hi nō dicūtur paupes christi: sed diuites terre. **In conspectu ei⁹ ꝑcident vniuersi qui descendūt i terram. Et anima mea ipi viuet.** Quia supius dixerat: diuites terre eē tepidos christianos: nūc dicit: q̄ ante deū ꝑcidant: id est: cadāt: q̄ in terrenas ꝯcupiscentias carnis fragilitate descendūt: ꝛ hoīb⁹ apparere nō possunt. Bene aūt dictū est: descendūt: quia omne peccatū pars ꝓbatur inferior. Nam dum cōuentus ecclesie omnes indiscrete suscipiat: ipsius conspectui noti sunt qui se meritorum qualitate discernunt. Animam vero suam dicit deo viuere: quoniā hunc mundū immaculata cōuersatione transiuit. **Et semen meuꝫ seruiet ipsi. Annunciabitur domino generatio ventura.** Semē: opera dicit que tempe incarnatiōis sue manifesta fecit in terris: vt populos instrueret: secreta religionis aperiret: predicatores apostolos institueret: qui religioneꝫ sanctā sincera fide predicarent. Annūciabitur domino dicit: ab angelis vt quidā volunt: q̄ ꝑces humanas ad dominū referre memorant. Scriptum est eni in libro tobie: Ego obtuli memoriam oratiōis vestre ante dominū. Sed figuraliter dicitur: annūciabit domino: scienti quippe ꝛ omnia preuidēti. Scriptum est enim: Scit enim pater vester: ait domin⁹: quid vobis necessariū sit p̄usqꝫ petatis ab eo. Annūciēt ergo angeli domino: pro misterio: nō pro istructiōe. Generationē venturā dicit: que ex aqua ꝛ spiritusancto erat dn̄o largiēte ꝑcreanda. Et vt ostēderet eam iustā: dicit dn̄o esse venturā. Generatō em̄ maloꝝ: sibi videt veni re nō dn̄o. **Annūciabunt celi iusticiā eius: populo qui nascetur quē fecit dominus.** Id est: euangeliste predicabūt filiū dei. Ipse em̄ est iusticia patris. Illi ergo populo ꝑdicāda est iusticia: q̄ creditur⁹ est deo: qui peccatoꝝ morte derelicta venit ad vitā: q̄ sic beneficio dei ex fide nascit: vt in eternū viuere mereat. Quapropt nimis apte dictū est: christianū populū dn̄m fecisse. Creauit em̄: qm̄ illū de ventre mr̄is eduxit. Sꝫ tūc eū a pctīs liberꝝ fecit: qm̄ christianū p aquā regnātōis instituit. Animo ꝟo ꝯdendū est: qd̄ iste ꝛ alij psalmi q̄ de passiōe dn̄i loquūtur: i spe christianoꝝ maxime terminant: vt hac dispositōne mirabili coḡscam⁹ salutē credentib⁹ tali mysterio contributam.

Tobie.12

Math.6

Conclusio psalmi.

Iste ps̄. est: quē nob paschali mūere solēnit decātat eccl'ia: vt salutariter istruamur i hūanis rebus etiaꝫ btōs tpalr ex aliq̄ pte a dn̄o derelinq̄: cum tn̄ eos ad bōa etna tuitōis sue ꝟtute pducat. Hūc felicit flētes audiam⁹: p quem sic possum⁹ refici: si defixo aīo in eodē mereamur affligi. O dura corda iudeoꝝ: o isēsate mētes nūqꝫ oīno credētiū: nōne h̄ solus psalm⁹ ad passionē credēdā sufficere debuisset: quam sic euidenter de se ꝟitas predicauit? Et ne aliq̄ corde durissimis excusatō relinqueretur: sequuntur inter aliq̄s ō hac re psalmi: euidēti ꝛ māifestissima ꝓphetatōe ꝯscripti: id est. xxxiiij. liiij. lxviij. ꝛ centesimus octau⁹: vt nulli esse deberet ambiguū qd̄ tāt' ꝑconib⁹ coḡscit fuisse vulgatū.

Cōtinet aūt p̄fitis psalmi nūer⁹ ꝛ alia rex sacra celestiū. Nam cum ꝓpħa daniel tribus hebdomadib⁹ orōem suā dn̄o iugiter imolasset: vt q̄ eēnt israelitico ꝑplo futura coḡsceret: angeli voce r̄nsum ē: ad p̄mas p̄ces se fuisse trāsmissū: ſ diabolica reluctatiōe tardatū: vicesimoꝑmo die ad eū potuisse descēdere: vt voti ei⁹ satisfacē potuisset. Quapropt̄ ꝛ h̄ psalm⁹ non imerito tali calculo noscit̄ collocat⁹: q̄ diaboli puersitate destructa: medicinal̄ passiōis dona reserauit. Cui⁹ bn̄ficio: hūanum gen⁹ ab etna morte libatū: ad ꝑpetuę salut̄ dona pueīt.

Explicit expositio in psalmū. XXI

Incipit expositio in psalmū. XXII.

Apte p̄ter- Psalmus dauid. mittit̄: vbi noui nihil ē qd̄ reqrat̄. Hoc tm̄ cōmemorandū ē: vt nolā tituli hui⁹ ad sp̄ūalem sic̄ p̄fati sum⁹ intelligētiā pducē debeam⁹. Loqt̄ em̄ p totū ps̄ p̄mi hois vetustate deposita: regnāt⁹ ex aq̄ ꝛ sp̄ūsctō fidelissim⁹ xp̄ianus: grās agēs: qm̄ ꝺ ariditate pcti: ad loca pascue: ꝛ ad aquā refectiōis: dn̄o sit largiēte pduct⁹. Et notandū q: vt antea decalogū legis accepit: ita h̄ decē bn̄ficijs se gaudet eē ditatū. Qd̄ nō singulis v̄sibus d̄r: ſ p comata succincte narratur.

Diuisio psalmi.

Paruus qdē psalm⁹ est: ſ multis noscit̄ ptib⁹ ꝯtineri. Qui diuisionē in psonis nō habet: ſ i reb⁹. Ideoq̄ nos nō diuisiōes vt in alijs psalmis: ſ cęteras nūeri p singl̄as q̄sq̄ ptes forsitan ꝯpetēter affixim⁹.

Expositio psal.

ciam ꝛ ego sanabo. Quapropter pcussum se dicit dñs iesus xp̃s a dispẽsatione q̃ pas sus est. Sed hinc iudei detestabiles extiterunt: qm̃ qd oportuit ꝑ mũdo fieri: p ipsos crudeli voto ꝓbaꝛ impletũ. Sequiꝛ. Et super dolorẽ vulnerũ meoꝝ addiderũt. Eodẽ mõ dicta est ꝛ ista sententia. Dolor erat vulnerũ pio dño: cur nõ de infideli ꝑplo sitim suã esurieq̃ȝ satiabat? Addiderũt iudei gloriosaȝ quidẽ dño: sed sibi pniciosissimã passionẽ: vt illi detestabile inferrẽt exitiuȝ q̃ venerat ꝑ salute cunctoꝝ. Appone iniquitatẽ sup iniquitatẽ ipsoꝝ: et nõ intrẽt in tuã iusticiã. Iniqtas prima fuit iudaice natõnis: vt ꝓphetas ad se missos extinguerẽt. Apposita est autẽ iniqtas sup iniquitatẽ ipsoꝝ: qñ ipum q̃ dñm nostrũ iesum crucifigere maluerunt: qd in euãgelio colonorũ ꝛ vinee parabola dicta testaꝛ. Quidã habuit vineã ꝛ sepe circũdabat eã: vsq̃ ad illũ locũ vbi ait: ꝛ eijciẽtes eũ extra vineã occiderũt. Sic em̃ diciꝛ: Appone iniquitatẽ: p tropicã locutionẽ: quẽadmodũ lectũ est: Indurauit dñs cor pharaonis: nõ qꝛ reȝ malã dñs apposuit: sed qꝛ fieri pmisit: qd saluti multorũ expedire iudicauit. Addiꝛ pena peccati: Ne intrent in iusticiã dñi: id est: ne participes xp̃o fiant in illo regno iusticie. Illi em̃ ad iusticiam: hoc est: ad regnũ dñi pueniũt: qui hic eam sereno mẽtis lumie cõtuenꝛ. Qd pfidis accidere nõ põt: q̃ cordis obstinatione cecati sunt. Vel sic: Appone iniquitatẽ sup iniquitatẽ eoꝝ: qm̃ occiderũt ꝓphetas: ꝛ dñm necauerũt. Deleanꝛ de libro viuentium: ꝛ cũ iustis non scribanꝛ. Verba talia p tropicã locutionẽ de deo dici freqnti lectione notissimũ est. Nam delere ꝛ scribere ꝛ librũ habere: datũ est homini causa memorie: vt qd mẽtis infirmitate retinere nõ poterat: adiumẽto scripture cũ res posceret potuisset agnoscere. Sic em̃ ꝛ moyses dicit ad dñm: Si huic ꝑplo non parcis: dele me de libro viuentiũ. Sȝ liber iste noticie dñi est inuiolabilis firmaq̃ȝ sentẽtia. Diciꝛ ḡ de iudeis: Deleanꝛ de libro viuentiũ: nõ qꝛ scripti erãt: sed qꝛ asscriptos se eẽ iudicabãt. Ibi em̃ qd scribiꝛ: deleri ñ põt: qꝛ totũ in p̃destinatione solidatũ: ꝛ nullus euentus mutare poterit qd illa ꝓuidentia superna decreuit. Sequiꝛ. Et cũ iustis nõ scribanꝛ. Idem ipe locutionis est modus: ut scribere dicat deũ: qd est in illa iudicatione factur⁹: sicut in euãgelio dicit. Sed potius in hoc gaudete: qꝛ nomina vestra scripta sunt in celis. Hoc em̃ accidẽ negat eis: qui nõ sunt: sicut titulus ait: pijs satisfactionibus imutati. Pauper ꝛ dolens ego sum: ꝛ salus vultus tui deus suscepit me. Postq̃ȝ iudeis que fuerant emersura ꝓphetie p̃dicatione cõpetenter optauit: venit ad quintaȝ partẽ: vbi multis modis exponit a dispẽsatione incarnationis sui ꝓpositi sanctitatem. Dicit em̃: Paup ꝛ dolens ego sum. Paup: sicut dic aplus: Qui ꝑ nobis paup factus est cum esset diues: vt illi⁹ inopia nos diuites essemus. Dolens: qꝛ sicut esaias dicit: Infirmitates nostras ipe portauit: ꝛ ꝑ omnib⁹ dolet. Et quare dicit: Ego sum: duȝ multi pauperes sint dolẽtes? Sed ideo sibi hanc ꝓprietatẽ deputauit: qꝛ nemo alter hũc dolorem ꝑ toti⁹ mundi culpa sustinuit. Sed hoc p figurã diciꝛ Metriasmon: id est: mediocritatẽ: qñ rem magnã humiliato voto deijcim⁹. Quod psone dñi christi frequenꝛ aptaꝛ. Sequiꝛ. Et salus vultus tui de⁹ suscepit me. Suscepit vtiq̃ȝ humanitatẽ omnipotẽs verbũ: qñ mundũ deo recõciliare dignat⁹ est. Salus vult⁹ tui: forma vnigeniti filij: in qua equalis est patri: que salutaris recte diciꝛ p quã fidelib⁹ medicina cõferꝛ. Suscepit diciꝛ a parte qua minor ẽ patre: vt collocat⁹ ad dexterã eius ꝛ paupertatem deponeret ꝛ dolorẽ. Laudabo nomẽ dei cũ cantico: ꝛ magnificabo eũ in laude. Hoc bñ potest intelligi ab his q̃ cõmutati sũt: id est: a parte membrorũ. Laudat em̃ i ecclĩa nomẽ dñi caput nostrũ cũ cantico: qñ hymnica exultatione fit adunatio magna fideliũ. Ipse em̃ in nobis ꝛ laudat ꝛ magnificat: qd nos veraciꝛ laudare cognoscit. Nã si nobis esurientibus esurit: si nobis sitientib⁹ sitit: quẽadmodũ ꝛ nobis laudãtibus: nõ ipse collaudat? Et placebit deo sup vituluȝ nouellũ: cornua ꝓducentẽ ꝛ vngulas. Hic psalmodie virtus exponiꝛ: quia mlto acceptior ẽ laus puro corde fusa deo: q̃ȝ potest pecudum placere mactatio. Iste

Ar. eoꝝ · Matth. 2j · Exo. j0 · Exo. 32 · Luc. · Ar. · Ar. · 2. Co. · Esa.

enim holocaustis oblationis mos fuit: vt pro peccatis offerretur nouellus vitulus. Significabat enim hec victima innocentis ac noue vite munera secutura: que defensionem haberet in cornibus: pedum vero munimen in vngulis: per quas seculi istius aspera conuersatione sanctissima calcaremus. Producentem quod ait cornua: illud significat: quia christianorum pro plus per dies singulos virtute domini semper augetur. Uideant pauperes et letentur: querite deum et viuet anima vestra. Postquam dixit plus esse sacrificia laudis: quam pecudum immolationes: conuertitur ad pauperes suos commonens vt debeant letari: quoniam iam non in solis facultatibus oblatio posita est: sed mentis affectu: vbi et pauper potest esse ditissimus. Nolite ergo diuites gloriari: qui potestis habere vitulos cornua producentes et vngulas: quia deus ista respuit et mundissimum cor requirit: quod illi magis habent quam diuitias vestras obnoxia mente non querunt. Sequitur. Querite deum et viuet anima vestra. Pauperes monet: vt escam mentis querant non corporis: et illum panem desiderent angelorum: vnde potius anima saginetur. Respiciamus quod dicit: Uiuet anima vestra: dum peccatorum viuat anima. Sed illud proprie viuere dicimus: quod in beatitudinis iocunditate consistit. Illud autem licet viuat: mori iuste putamus quod perpetua tristicia et grauissimis doloribus oneratur. Quoniam exaudiuit pauperes dominus: et vinctos suos non† spreuit. Exaudiri quidem pauperes gratanter audimus: sed qui sint isti pauperes diligentius inquiramus. Pauperes sunt christi: sicut sepe diximus: qui mundi istius diuitias voluptatesque despiciunt: et eligunt indigentiam humanarum rerum: vt spiritualibus epulis fartiantur. Hos exaudiri dicit dominus christus: qui indigentia mundi repleti sunt: et tanquam si totum possideant sic paupertatis sue securitate letantur: sicut apostolus monet. Tanquam nil habentes: et omnia possidentes. Nam quod dicit: Et vinctos suos non spreuit. Omnes quidem communiter vincti sumus lege peccati: et quibusdam compedibus irretiti: quia desideria humana perquirimus. Sed dominus vinctos suos non spernit: id est: qui suis legibus vinciuntur. Ipsos enim liberat a laqueis carnalibus: quos suis regulis connexos agnouerit. Laudent† eum celi et terra: mare et omnia† que in eis† sunt. Datur magnarum rerum breuis et absoluta sententia: vt in celi commemoratione omnia eum debeant laudare celestia: terre quoque terrestria: maris vniuersa natantia. Et vt fieret perfecta conclusio: dictum est: Et omnia que in eis sunt. Sic ad domini laudes inuitatur quicquid creaturarum esse cognoscitur. Sic et apostolus complectitur dicens: In nomine iesu omne genu flectatur: celestium: terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur quia dominus iesus christus in gloria est dei patris. Quoniam deus saluam faciet syon: et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam. Quale opus sit domini in ecclesie sue constructione: ex laudum ipsarum magnitudine potenter aduertitur: quando celum: terra: mare et omnia que in eis sunt laudare dominum commonentur: quia saluam faciet syon: que hic multis persecutionibus: multis fatigatur angustiis. Syon enim hierosolymitano templo coheret: paruus omnino colliculus: sed nominis qualitate grandescens. Significat enim speculationem: qua sola respicitur deus: in qua diriguntur corda fidelium: et omnium creaturarum rationabilium vna felicitas si dominum contemplentur auctorem. Edificate sunt enim ciuitates iude: quando ecclesia catholica per humilitatem piam toto orbe diffusa est. Non enim in edificiis parietum gaudet dominus: que sunt vtique vetustate peritura: sed fidelium deuotione: hoc est: lapidibus viuis: vnde hierusalem futura construitur. Et bene dictum est: Ciuitates iude: id est: domini saluatoris: qui ex origine iude carnis propagatione descendit: sicut de ipso legitur: Uicit leo de tribu iuda. Sed ne tantum ciuitates: non etiam habitationes futuras aduerteres: dicit: Et inhabitabunt ibi: quod est proprie fidelium inhabitare vbi constanter mentis puritate versantur. Hanc autem ecclesiam hic habitant christiani. Hereditate vero acquirent eam: quando ad hierusalem illam eternam domini miseratione peruenerint. Hereditas enim ipsa est: que: sicut iam dictum est: non morte: sed testatore in eternum viuente prestabitur. Et semen seruorum eius possidebit eam: et qui diligunt nomen eius† inhabitabunt in ea. Terminum psalmi istius promissio beata concludit: sed quantum grande est premium: tantum adhibere intelligentie debemus adnisum. Semen hic operam sanctam: non carnis progeniem debemus accipere. Nam illos reprobatos constat esse: qui se ex abrahe descendere gloriabantur ori-

Phil. 2

Rp

Apoc. 5

Al. habitabunt

Al. illum
... epulis
... non b...

Job.8 gine: quibus dictū est a dño: Si filij abrae essetis: opera abrae fecissetis. Quod si semen: bonos act⁹: vt in multis locis dictuz est: velim⁹ aduertere: integra nobis poterit cōstare sentētia. Nā quicūq imitatores eorū sunt: qui deo factoꝝ pbitate placuerūt: ipsi possidebunt terrā futurā: que nullo iam fine mutāda est: regnū scz dñi quod sanctis suis fideliter pollicet. Et ne forsitā semen istud detraheres ad carnis originē: vnde iudei maxime gloriant: pceptum addidit generale: Et qui diligūt nomē ei⁹ inhabitabunt in ea. Ipm est qd supius dixit: seruorū: qd hic: qui diligunt nomē eius. Inhabitabūt in ea dixit: ppetua felicitate potient: terra: q iā nō spinas tribulosq producit: que hoies labore nō pascit: que venena nō pturit: que nūq suos incolas perdit: que nō vicissim sole atq astris: sed qd est felicius iugit de pprio auctore lucebit. Et nota qd ordine suo psalm⁹ iste cōclusus est. Primū: q ex psona dñi christi plat⁹ est. Deinde ichoauit ab oratione. Tertio: passiōis dñice gesta memorauit. Quarto: verbis euāgelij assona veritate psensit. Quinto: in spe fidelis ppli dicta cōclusit. Sic qrtus iste psalm⁹ est: qui passionē dñi pdicta lege pphetauit.

Cōclusio.

Audiuimus psalmū celesti dispensatione mirabilē: vbi quanta est in diuinitate ptās: tāta in hūanitate cōstat hūilitas. Assumpsit sanctū verbum naturā nostre imbecillitatl: sicut titul⁹ ait: p his qui cōmutabunt: vt p indebitā mortem suaz liberaret nos a morte iustissima. Intrauit inferni claustra: vt pāderent ifer na. Victus est interitus saluatoris aduentu: ꝛ ppetuas tenebras iure pdidit postq̄ eternū lumē accepit. Debellauit diaboluz p hūanā naturā quā tenebat obnoxiā: et p imbecillitatē carnis superat⁹ est fortis: qm supra vniuersas ratiōabiles creaturas extulit: qd omnib⁹ spiritualib⁹ infirmi⁹ fuit. Heb.j Cui em dixit angeloꝝ: sicut aplus ait: Sede a dextris meis? Nā quelibet alia natura nō ē vnita christo: sed sola carnis nostre glorificata susceptio. Reuera oipotēs: Reuera misericors: q dānata beauit: pdita restituit: obnoxia liberauit: miserias nostras a nobis fecit alienas: ꝛ pstitit hominē p suam mortē viuere: quē creatū imortalē diabolus fecerat interire. Cōcede oipotēs deus: vt qui p nobis carne dignat⁹ es pati: dones nobis qd coronare digneris.

Explicit expositio in psalmū. LXVIII

Incipit expositio in psalmū. LXIX

In finē dauid in rememoratiōe qd saluum me fecit dominus.

Finis ꝛ dauid: vt sepius dictū est: significāt dñm saluatorē: ad quem dirigunt hec verba fideliū: q totus hic psalmus ex psona martyrū dicit: q varia quidē psecutione laborabāt: s spem fixam habere in dño mime desinebāt. Adiectū est: In rememorationē. Duob⁹ em modis memores sum⁹: cū pctōꝝ recordatione supnā iusticiā formidam⁹: ꝛ iterū dū cōcessa bñficia purissimo corde retinem⁹. In tricesimoseptimo itaq psalmo vbi hec verba posita sūt: met⁹ est futuri iudicij: ꝛ recordatio peccatorū: hic aūt spes liberationis: et futuri premij pmissa securitas sustinetur. Nā vt hanc recordationē ostenderet: adiecit: Qd saluū me fecit dñs: vt nō de metu hec memoria: sed de accepto beneficio probaretur esse cōcepta. Congruū quippe fuit: vt quoniā in superiore psalmo passionē suam narrauerat dñs christus: spēq resurrectionis addiderat: post caput suū similiter ꝛ mēbra loquerent: quaten⁹ ꝛ passiones suas fideles edicerent: ꝛ spem votiue resurrectionis assumerēt.

Diuisio.

Martyrū confessorūq populus: qui multiplici quidē sed felici clade laborabat: Prima positiōe dominū deprecat: vt a psequētiū periculis liberet: ꝛ irrisiones eoꝝ irritas faciat: quaten⁹ conuersi dicta sua salutariter erubescāt. Secūda parte supplicat: vt magnificans dñm exultet turba fideliū: quoniā ipse pauperes ꝛ egenos suos iuuare ꝛ liberare dignat.

Expositio psalmi.

Deus in adiutorium meū intende: domine ad adiuuandū me festina. Pia cōfessio initium sumit a dño: vnde nouit periclitantibus venire psidiū. Et vt erūnas suas beatissimorū martyrū cetus ostenderet: dicit: In adiutoriū meū intende. Tunc em adiutoriū poscimus: quādo periculis subiace-

mus: vt aliquo remedio subleuati calamitates diuersarũ possin⁹ vincere passionũ. Intẽde dic: ꝓpitius respice: q₂ omnia dominus etiã cum nõ rogatur agnoscit. Sed mos iste periclitantiũ est: vt ita liberari credant: si se a dño respici posse cognoscant. Et ne longius ꝓtraheret̃ beneficiũ quod sciebat vẽturũ esse: adiecit: Domine ad adiuuandũ me festina. Sic dicit̃ festina: quasi misericordia diuina tarderet: ꝛ p morã aduentus ei⁹ fierent tormẽta grauiora. Festina dicit ergo dño: qui festinabat de hui⁹ seculi clade liberari. Nã illi cõiuncta est voluntas ꝛ accelerata pfectio: dũ omnia creatori seruiũt: qm̃ eius imperio cuncta famulantur. Sic in vno versiculo multa cõclusa sunt. Que figura dicit̃ Epitrochasmos: id est: dicti rotatio: cũ ea que latius sentiẽda sunt breuiter explicant̃. Sed nõ sequẽdus in omnib⁹ generaliter hunc locũ facundissimus cassianus: in decima collatione plurima de ei⁹ vtilitate disserẽs: tanto honore cõcelebrat: vt quicqd monachi assumpserint sine hui⁹ versiculi trina iteratione non inchoent. Quẽ repetita sepius laude cõgeminãs: nimis vtilẽ ꝓbat esse ei⁹ memoriã. **Confundant̃ ꝛ reuereant̃† inimici mei: qui querunt animã meam. Auertant̃ retrorsũ ꝛ erubescãt: qui† cogitãt mihi mala.** Imitator capitis sui populus martyrũ: emendationẽ inimicoꝝ suoꝝ expostulans dicit: Cõfundãt̃ ꝛ reuereant̃ inimici mei. Confundi est qñ volũtates suas iniqua ꝯscientia studio veritatis agnoscens: de facti sui puersitate turbat̃. Reuereri est: qñ iusticiã lesam nostra operatione cognoscim⁹: ꝛ ꝓ his rebus penas nos incurrere formidam⁹. Quod illis accidit: qui puersitate dãnata: ad pietatem dñi cõuersionis studio redire festinabant. Sequit̃. Qui querũt animã meam. Bene singulari numero: animã suã posuit turba fideliũ: quib⁹ ẽ: sicut scriptura dicit: anima ꝛ cor vnũ. Querebant ergo inimici animã fideliũ: nõ ad venerationẽ: sed vt satisfaciẽtes odijs suis eã a corpore segregarent. Quod factum est in martyrum passionibus: qñ eos trucidabat psecutor infensus. Legit̃ ꝛ in bono queri: sicut est: Perijt fuga a me: ꝛ nõ est qui requirat animã meam. Et q₂ hoc verbũ omonymũ est: addidit: Ut auferãt eã: quaten⁹ istud in malum positum intelligere debuisset. Subiunxit. **Auertant̃ retrorsum ꝛ erubescãt qui cogitãt mihi mala.** Auertit̃ retrorsũ: qui sicut sepe dictũ est: a praua cogitatione descendens: dñi iussa subsequit̃. Sensus ergo talis est: Qui cogitant mihi mala: hanc retributionẽ suscipiant: ne in sua iniquitate psistant. O pia sanctoꝝ etiã ipa que putatur aduersitas. Melius optabãt inimicis: q̃ sibijpsi petere videbant̃ in ꝓsperis cõstituti. **Auertant̃ statim erubescẽtes: qui dicunt mihi euge euge.** Prioris sensus exultio: vt a suo proposito erubescentes velociter se cõpellant̃ abscedere: q̃ falsis laudationibus cognoscunt̃ fidelissimos increpare. Euge eñ: sermo laudãtis est. Sȝ hic sub ironia: id est: sub irrisiõe dictum aduerti debet: qm̃ ab inimicis videt̃ esse ꝓlatũ. Siue illos increpat qui afflictiones martyrũ penasq₃ collaudant: ꝛ nõ ad auctoris gratiã referũt: quod eis est larga pietate cõcessum. Nã vtrũq₃ vitiosum est: aut alienis calamitatibus illudere: aut homines de sua possibilitate laudare. **Exultent ꝛ letentur in te omnes qui querũt te† domine: ꝛ dicãt semper magnificet̃ domin⁹ qui diligũt salutare tuũ.** Postq̃ d̃ ꝓsequentiũ iniquitate ꝛ cõuersione locutus est: secũda positione depcatur: vt exultẽt ꝛ letent̃ oẽs qui diligũt dñm xp̃m. Illis eñ ꝯfusio ꝛ verecundia: istis exultatio ꝛ leticia ꝑennis optat̃: sic in euãgelio dñs dicit: Et ibũt hi in supplicium eternũ: iusti aũt in vitã eternã. Sed hunc veracis leticie modũ ꝯpetẽter insinuat. Dicẽdo eñ: In te: fatet̃ caducã esse leticiã: q̃ hũana ꝑsumptiõe gloriat̃. Adiũctũ est: Oẽs q̃ querũt te dñe: Nõ suis virib⁹: s̃ tua pietate reqsiti. Nã vt te q̃reret genus hũanũ: tu illud de celo ꝓspiciẽs miscõiter inqsisti. Ipse eñ ad nos venit vt ad eũ redire mereremur. Isti tñ q̃ dñm querũt qd debeãt dicere salutariter admonet̃: id est: dicant: Semp magnificet̃ dñs. Semp: cõtinuũ gen⁹ ostendit: q₂ nunq̃ debet a laude dñi cessari. Et vt nobis sensus iste manifesti⁹ elucescat: verboꝝ ordo reddendus est: hoc est: Dicant sp qui diligũt salutare

Al. nõ hȝ

Matth. 25

tuū:magnificet dn̄s. Intelligam⁹ hoc verbū ab hūana cōsuetudine fuisse mutuatū. Magnificat eni ille qui laudib⁹ crescit: qui bona opinione grandescit. Ceterū: de⁹ non habet incremētū: qr ipe in se tot⁹ singularis et ineffabilis intelligit plenitudo: nec aliūde pōt crescere q̄ cōsueuit creaturis omnibus icremēta pstare: sed magnificādo nos inde pficimus: et cū laudes deo sancta mēte psoluimus nostra pscientia semp augetur.

Ego vero egenus et paup sum: de⁹ adiuua me. Adiutor meus et liberator me⁹ es tu: dn̄e ne tardaueris. Turba fideliū cū dn̄ice passionis imitaret exemplū: ipsa q̄z verba ei⁹ ad suā transtulit psalmodiā. Dicit eni ex persona sua dn̄s in alio psalmo: Ego vero egen⁹ et paup sum: dn̄s curā habet mei: sicut et hic dictū est a psona beatorū. Sed dum dicit: Ego vero egen⁹ et paup sum: significat illos diuites fuisse mūdanos: de quib⁹ dic: Confundant et reuereant inimici mei q̄ q̄runt animā meā. Sed videam⁹ cū sit celesti thesauro ditissima: vbiq̄z se egenā et pauperē dicit gloriosa pauptas: vtiq̄z qr mundanas copias nō habet: et intus vbi est diues semp ambit: semp desiderat: semp accipit: sicut apl's dicit: Fratres ego me nō arbitror apphendisse. Et iterū: Si quis existimat se scire aliqd: necdū cognouit queadmodū eū oporteat scire. Uides merito dici tales egenos: tales pauperes q̄ cōtinue acqrere gratiā diuinitatis exoptāt. Egeni eni sum⁹ qn̄ iugiter indigem⁹. Pauperes: dū semp ad beneficia ipsi⁹ auida mēte pperamus. Sequit. De⁹ adiuuat me: id est: in tribulatione mūdana: vbi cū vitiorū aduersitate pugnam⁹: vbi et spūs imūdos hostes patimur: et dn̄i liberatione liberamur. Addidit vtrūq̄z piunctū: vt adiutor sit dn̄s in necessitatib⁹: et de hac secli clade liberator. Et intēde qr dicit: Tu dn̄e: vt tota spes nostra ad eū debeat fixa respicē. Sequit. Ne tardaueris. Periclitātiū mos est tardū iudicare: q̄uis celerrimū pstet auxiliū. Ille eni cōpetēter et mēsurate facit oīa: sed nos tardū putam⁹ qd desiderio magno requirimus.

Al. moreris

Ps. 39

Phil. 3
j. Cor. 8

Cōclusio.

Totus hic psalm⁹ celestis philosophie luce resplēdet. Est eni morali pbitate format⁹: petens in afflictionib⁹ remediū: et inimicorū saluberrimā pfusionē: vt erubescētes mala sua deserāt: q̄ prauis actibus obsecūdant. Deinde bonorū leticiam eterna gaudia cōpromittit: et qd est in afflictiōe sūma psidiū: celerrime dn̄m venire deprecat: q̄ hui⁹ mūdi pgrauātis angustias aduētus sui visitatōe submoueat. Illo eni viso diaboli corruit supbia: q̄ olim impia dn̄atione regnabat. Religat⁹ est q̄ mūdū pctorū vinculis illigabat: et eovsq̄z dn̄i virtute pduct⁹ est: vt nūc sanctos paueat q̄ pridē hūano generi neq̄ssimus imperabat. Uñ desiderāter et sepe dicēdū ē: Adiutor meus et ptector meus es tu domine: ne tardaueris.

Explicit expositio in psalmū. LXIX
Incipit expositio in psalmū. LXX

Dauid psalmus filiorū ionadab et priorum captiuorū.

Dauid et psalm⁹: assidua iteratione notissima sūt. Qd aūt dic: Filiorū ionadab et priorū captiuorū: virtutē psalmi p historicas causas isinuat: in vestibulo monēs qd in penetralib⁹ inquirat. Hieremias eni ppheta refert: ionadab fuisse dei sacerdotē: q̄ filijs suis pcepit in téplo degere: et pbabili se sobrietate tractare: qd eos pstat fecisse: et obediētie sue apd deū magnā gratiā cōperisse: qui nūc p fidelibus ac deuotis ponunt. Nā et ipm nomē indicat causam. Ionadab q̄ppe interptat dn̄i spontane⁹: id est: q̄ deo incoacto desiderio seruiebat: sicut scriptū est: Uoluntarie sacrificabo tibi. Sequit. Et priorū captiuorū. Hāc historiā: regū text⁹ enarrat. Nā cū israelitic⁹ pplus diuina mādata cōtemneret: pme: secūde et tertie captiuitati decretus fuerat subiacere. Sed vt agnoscēs ad supplicationē dn̄i correcta mente remearet: anteq̄z pma captiuitas pueniret p pphetā eis h malū denūciauit esse eventurū: s illi cōsueta nequicia in sua obstinatione manserūt. Isti g nunc in loco pumaciū ponunt: q̄ frequēter admoniti corrigere noluerunt. Cōmonemur g in hoc titulo: vt deuotionē habeam⁹ filiorū ionadab: nō cōtumaciā iudeorū qui captiui esse meruerūt. Psalmus eni tot⁹ ad hoiem ptinet fidelē: q̄ mūdi spē renuēs in dn̄o pura deuotiōe pfisus ē: gra-

Ps. 53

tiā diuinitatis tota nobis intētione cōmēdās: p quā peccatorum nostrorum nexibus possimus absolui. Diuisio.

Per figurā Metopoeiā introducit psona generalis: q pctorum captiuitate liberata diuinis mādatis adherebat: pdicās nobis xpi dñi eximiā caritatē: q nullis meritis pcedentibus gratis spendit. Hec in prima parte psalmi ab humanis iniqtatibus iugiter se petit liberari: vt dño gratias referre mereat. Scdo loco supplicat: ne in senectute eius beneficijs priuetur: cuius auxilio in iuuentute ptecta est. Tertio loco: dona eius enumerās iugiter se agere gratias pollicet. Expositio.

Deus in te speraui: dñe n cōfundar in eternū. Hic iterū hypothetici sylogismi facies nob decora subridet: eo mō. Si deus in te speraui dñe nō ɔfundar in eternū: attñ deus in te speraui nō cōfundar in eternū. Nūc q sequūtur dño iuuāte tractemus. Eligit quidā fideliū: q z primis tēporibus fuit: z in psenti esse non desinit: z vsq ad finē seculi pfecta in dño mētis soliditate cōsistit. Hic totam spem suā in dño ponēs: gratię nobis diuinę sacramēta cōmendat: ne falsa in nobis psumentes: muneris eius psperitate vacuemur. Intelligamus quid est q se petit nō cōfundi in eternū: scz in illa iudicij retributione: vbi confundi omnino penale est. Hic em frequēter pspere cōfundimur: qm a pessima intētione reuocamur: et in bonā partem traducti pbabiliter erubescimus: qui pridē de nostro scelere gaudebamus. Premisit ergo causam quare cōfundi non debeat in eternū: scz qm sperauit in dño. In tua iusticia libera me z eripe me. Inclina ad me aurē tuaz: z libera me. Cū dicit: In tua iusticia: miscdiaz petit diuinā. Illius quippe est iusticia: parcere supplicāti. Sic em ęquitati ipsius placitū est homini remittere: qui sua noscit facta dānare. Libera: ab iminētibus periculis dicit. Eripe a potestate diaboli: ne cū eo sub ęternitate dānemur. Cū em dicit: Inclina: hūilē se facere pfitet: qz nisi diuina gratia ad hoiem se liberandū inclinauerit: ad illā miscdiam suis meritis nō pōt puenire quā cupit. Nō est em cuiusq meritū qd ad illū attingat: nisi ipse misericors ad peccatores prius adueniat. Esto mihi in deū ptectorē z in locū munitū: vt saluū me facias. Qm firmamentū meum: z refugium meū es tu. Potest aliquos nisi bene inspiciat offendere: quod supra ptectionē diuinā munitū locū noscitur addidisse: quasi vero locus defendat quē virtus superna nō vendicat. Sed pma sentētia rogat: vt ab inimicis spiritualibus eius anima ptegat: deinde petit etiā corporis sospitatem quę ab inimicorum telis ac gladijs loco munitissimo vendicat. Metaphora a castellis tracta: qz tūc aduersarios euadimus: qm locis munitissimis vendicamur. Sz locus iste diuina ptectio est: sic in alio psalmo dicit: Sub vmbra alarum tuarum ptege me. Qm em cū christo sumus: nullas diaboli insidias formidamus: qm fraudat nequissimus ille pprio voto vbi est diuina defensio. Et vide: sua suis q pulchre sunt reddita. Firmamentū ptinet ad ptectionē: refugiū ad locū munitū. Quę duo merito sibi a dño venire credidit: qz nihil suis viribus applicauit. Estimo hic z aliud sentiēdū: vt firmamentū in hoc seculo dominus dicatur: vbi z patientia querit: refugiū in illa beatitudine ęterna: vbi iā aliquod periculum nō timetur. Deus meus eripe me de manu peccatoris: z de manu cōtra legem agentis z iniqui. Clamat homo ille generalis: quia captiuus fuerat lege peccati: sed per diuinā gratiā se cōfidebat absolui: vt eripiat a potestate noxia peccatoris: qui semp illud affectat facere: quod nec diuinę legi: nec ęquitati certū est cōuenire. Sed quia peccatorē vniuersaliter dixerat: nunc eū partibus duabus exponit dicens: De manu cōtra legem agentis z iniqui. Cōtra legē agit: qui accepta lege facit contra regulas mandatorū: vt sunt iudei qui inter reliquas gentes legem suscepisse noscūtur. Iniqui vero sunt pagani: quibus z iudei: qui nulla dñi lege refrenantur: sed more ferarum faciunt quodcūq libuerit. Sic omnē peccatorē duabus his partibus pbatur amplexus. Ita z apostolus loquit de genere vtroq peccātiū. Qui sine lege peccauerūt: sine lege pibunt: z qui in lege peccauerunt: p legem iudicabunt. Quoniā

Sche

Ps. 90

Ro. 2

Al. dñe | tu es patientia mea dñe: †spes mea a iuuentute mea. Dicit quapropter de manu peccatoris eripi debuisset: scz qr patientia ipsi⁹ domin⁹ erat: vt cũ ad ipm intenderet: ꝛ p eum se saluandũ crederet: omnia libenti animo sustineret. Patientia est em̃ honestatis aut vtilitatis causa: rerũ arduarũ ac difficiliũ volũtaria ꝛ diuturna ꝑpessio. Seqꝛ. Spes mea a iuuẽtute mea. Premisit patiẽtiã: ꝛ spes eius digne secuta ẽ: sicuti ꝛ apl's dicit: Tribulatio patientiã operatur: patientia ꝓbationẽ: ꝓbatio autem spem. Prius est em̃ vt cũ dei gratia p patientiã ꝓbemur: ꝛ tunc illã fructuosam spez ipso donãte habere merebimur. Nã quod addidit: A iuuẽtute mea: illã ętatẽ significat: in qua dño credidit. Nã quocũqꝫ tempore ad ipm veniatꝛ: merito iuuẽtus nostra dicitur: qr in ipsa plenissimo robore solidamur. Siue illd: a iuuẽtute mea significat: ex quo cepit cõtra diaboli pugnare versucias. Ipsa em̃ ętas est quę ad certamẽ dirigitur: ꝛ ad colluctatiões arduas aptissima viuacitate ꝑparatꝛ. In te cõfirmatus sum ex vtero: de vẽtre matris meę tu es ꝓtector meus. In te †decãtatio mea semꝑ. Hunc versũ paulo sollicitius ꝑscrutemur: ne nobis aliqua obuiare possit absurditas. Dixit em̃: Spes mea a iuuẽtute mea. Nũquid cõfirmatio ei⁹ in deũ esse potuit: qñ in materno vtero nulla fultus ratione vegetat⁹ est: maxime cuz legatur: Ecce em̃ in iniquitatibus cõceptus sum: ꝛ in delictis peperit me mater mea. Sed hic vterũ sanctę matris ecclesię debemus accipere: vbi primũ fidei rudimẽto cõcipimur: deinde ex aqua ꝛ spiritusancto generamur. Tũc em̃ ꝯfirmatio nostra potest esse dñs: qñ ad eũ fidei munere venerim⁹. Addidit. Tu es ꝓtector meus: vtiqꝫ: quoniã aduersus diaboli neqcias ipse nos ꝓtegit ac defendit: ꝛ in hoc mũdo ꝑstat euadere: ne peccatis possim⁹ onerãtibus interire. Sequitur retributio ꝑmiorꝫ: vt sicut sp beneficia: ita ꝛ psalmodia debeat esse cõtinua. Nã si tẽpus a munerib⁹ nõ vacat: qre si quispiã ab eius glorificatiõe suspendat. Significat em̃ ꝛ ꝑsens seculũ ꝛ futurũ. Hic em̃ illi ꝓ liberatione cantam⁹: ibi aũt gratias ꝓ ęterna remuneratõe pagimus. Ita

P

Ro. 5

Al. cantatio

Ps. 50

fit vt dñs laudari sp debeat: qr ꝯtinuũ est omne qd ꝑstat. Tanqꝫ ꝓdigiũ factus sũ multis ꝛ tu adiutor fortis. Prodigiũ in hoc seculo fit fidelis: qñ alia sectatur qꝫ ꝑt amare peccãtiũ multitudo. Querũt illi diuitias: iste pauperiẽ: qrũt illi epulatiões: iste ieiunia: querũt deniqꝫ illi gaudia: iste tristiciã. Queadmodũ ꝫ nõ põt videri ꝓdigiũ: qd se contra multorꝫ cognoscit tractare cõsensũ. Hoc est qd oratores hũilis causę gen⁹ esse dixerũt: quod sic ꝯtẽptibile creditꝛ: vt portentũ potius estimetꝛ. Sz negligendę sunt hũanę imputatões: qñ diuinę nobis ꝓbantꝛ fauere virtutes. Caducũ est em̃ omne ꝯtrariũ: vbi adiutor ꝓbatꝛ esse fortissimus. Sed cũ dicit: Adiutor: admonet vt dei gratia suffragante nos qꝫ ad bonũ niti ꝛ ꝯtendere debeam⁹: ne diuinis bñficijs inueniamur aduersi. Repleatꝛ os meũ laude †tua: vt †possim cantare gloriã tuã tota die †magnificẽtiam tuã. Dixit hactenus hũano generi qꝫ diuersa bñficia contulisset: nũc qꝫ et hoc petit a dño: vt possit ei gratias agere cõpetenter. Nã si ille os nostruz nõ repleat: nec lingua mouetꝛ: nec desideria honesta flammantꝛ. Magna si cõsiderem⁹ nostra felicitas est totũ petere: nec petendo sp horrere. Creator noster inde magl offenditꝛ: si a pia supplicatiõis importunitate cessetꝛ. Sequitꝛ causa cur repleri desiderauerit os suũ laudibus xpi: scz vt possim cãtare gloriã tuã. Gloria est multorũ ore celebrata laudatio. Sed huic bono addidit ꝑpetuitatẽ. Nã cũ ponit: Tota die: nunqd noctib⁹ a laudib⁹ dñi dicit esse cessandũ: maxime cũ se illo tẽpore laudib⁹ dñi catholica cõsoletur ecclesia. Tunc em̃ vespertini: tũc nocturni: tũc matutini pagunꝛ cũ ppl's fidelis inuigilat. Sz dicẽdo: diẽ: conclusit ꝛ noctẽ: sicut ꝛ in genesi legitꝛ: Factũ est vespere: factũ est mane dies vnus. Que figura dicitꝛ Synecdoche: id est a parte totũ. Magnificẽtiã vero dicꝛ: qr magna ꝑstitit: vt aurẽ suã ad hũilez inclinaret: vt ꝓtegeret piclitantẽ: vt eriperet de manu peccatoris: vt eũ ꝯfirmaret ex vtero: de ventre matris ꝓtegẽ decreuisset. Sic vno magnificẽtię nomine ꝑdictorꝫ beneficiorꝫ laus cuncta cõclusa est. Ne ꝓijcias me in tẽpore senectutis: cum

defecerit virtus mea ne derelinquas me. Venit ad secundā partē: in qua vehemētius supplicat: ne tēpore senectutis sue proijciatur a dño: qñ fessa virtus corporis: plus indiget adiuuari. Sed hanc senectutē: nō solū etatē finitimā debem⁹ accipere: sed etiā cū tribulationib⁹ crebris atq̧ martyrijs robur animē cōsenescit. Hoc em̄ significat: Cū defecerit virt⁹ mea: id est: quādo patientie firmitas q̄ssata mollescit: nec sustinere p̄t virib⁹ suis on⁹ tribulatōis ipo situ. Tunc se ergo petit nō debere derelinqui: quia cū ipso totum poterat sustinere.

Quia dixerūt inimici mei mihi: ⁊ q̄ custodiebant aīam meā ↄsilium fecerunt in vnū. Reddit᷑ causa cur ad subueniendū pietas dñi debeat ꝓuocari: qm̄ debilitate captata insidiantiū feruor accēsus est: dū credunt facile decipi: a quo non pōt defectis viribus obuiari. Et ne crederent᷑ leues inimici anime sue: dicit aduersus eos qui custodiebāt eum: ad decipiēdi scȝ studiū nō ad salutis votū. Sequit᷑. Cōsilium fecerūt in vnū. Truculētior semp est inimicorū adunata collectio: ⁊ qd̄ nō diuiditur graui⁹ vno fasce portat᷑. Nā cuiusmodi sit istud ↄsiliū subsequēter exponit: Ait em̄: Dicentes deus dereliquit eū: psequimini ⁊ cōprehendite eū: q̄a nō est q̄ eripiat† eū. Hoc ē qd̄ vir ille fidelissimus: siue in afflictionib⁹ positus: siue in senili etate metuebat. Hostes em̄ carnales mūdana potius cōtuentes: cū viderint hoiem crebra calamitate fatigatū: credunt a deo desertū: qui diuinā putāt gr̄aȝ in solis corporeis virib⁹ cōstitutā. Persequimini eū dixerūt: q̄ fugere nō poterat. Cōprehendite: q̄ reluctari violētissimis nō valebat. Ex eo em̄ a dño derelictuȝ arbitrati sunt: q̄ eū truculentie sue traditū esse senserūt. Quod quidā ⁊ dño saluatori applicādū esse putauerūt. Sed decentior ordo est dictōis: ne psonā quā in mediū deduxim⁹: incōgrua subito varietate mutem⁹. Sequitur. Quia nō est qui eripiat eū. Dementes prsus qui hoc estimabāt poti⁹ quod videbant: quasi de⁹ deserat p̄mijs quos exponit iniurijs: ⁊ nō magis coronare velit: q̄s ꝓbare deberi p̄mittit. Sic deliberat q̄ ad oculū iudicat. Negauit p̄sentē dominū: q̄ fidelibus suis visuale venire non putauit auxiliū: dum credidit nō existere: quē arbitrabat᷑ hūanis cōspectib⁹ nō adesse. Deus ne elongeris a me: de⁹ meus in †adiutorium meū respice. Hūana putat infirmitas elongare deuȝ: qñ ei venire tardat auxiliū. Ille em̄ nec motu ꝓgredit᷑: nec de loco ad locū transfert᷑: sed omnia ineffabiliter replens: vniuersa volūtatis sue virtutib⁹ administrat. Petit ergo ne gratia ei⁹ ab ipo discedat: ⁊ grauiorib⁹ iniquorum exponat᷑ insidijs. Addidit: De⁹ in adiutoriū meū respice. Quia se nouerat affligendum: orat vt p adiutoriū dñi ei digna patiētia tribuat᷑. Naȝ quē ille adiuuat: malorū cōtritione nō deficit: sed tunc spe potius erigit᷑: qñ tribulationuȝ fasce p̄grauat᷑.

Confundant᷑ ⁊ deficiant detrahentes anime mee: operiant᷑ cōfusione ⁊ pudore qui querunt mala mihi. Venit ad increpationes saluberrimas: quales catholica facere ↄsueuit ecclesia. Confundant᷑ em̄ dicit: cū tua viderint disposita nō mutari. Deficiāt detrahētes anime mee: id est: obloquētes inaniter: qui institutū rectū mordacib⁹ derogationibus solēt oblatrare. Admōet em̄ tales patiētie virtute supari: quos tm̄ p̄cepit sustinere: vt ipsi magis in suis oblocutionib⁹ deficere videant᷑: quaten⁹ saltē cessent sua nimietate fatigati: si nequeāt desinere ratiōe cōuicti. Sequit᷑. Operiant᷑ cōfusione ⁊ pudore. Pulcherrimis v̄bis depingit᷑ iniquoꝝ ventura correptio. Operiant᷑ dixit: quasi quodā velo roseo verecūdie eoꝝ facies obtegātur. Quod solet accidere his qui actiones p̄stinas vita meliore cōdemnāt. Addidit. Qui querūt mala mihi: sic illa mulier periclitanti Job ꝓprio viro dicebat: Dic verbū in deū ⁊ morere. Qd̄ praui solent facere suasores: qui blandimēto salutis carnee occulto vulnere animas vident᷑ impetere.

Ego aūt semper† in te sperabo: ⁊ adijciā sup omnē laudem tuam. De cursa emēdatione quā peccatorib⁹ est dep̄cat⁹ accidere: ad suā delectationē bonūq̧ cōuertit᷑: vt sicut illi de diuina potētia desperabant: ita iste sperare se semper dicat in domino. Que figura dicitur Syncrisis: id est: collatio: quando quis meliorem

Al. auxiliū

Job. 2

Al. nō bȝ

Sche

causam suam: q̃ aduersarij esse demõstrat. Sequitur. Et adijciam sup omnem laudez tuam. Hoc plane nisi diligentius intueamur obscurũ est. Nã q̃uis diuinis laudib⁹ nihil possit adijci: qñ augmentũ nõ recipit admiranda pfectio: tamẽ est qḋ ab hoibus possit noua p̃dicatione celebrari. Nã cũ dixero: verbũ patris fecisse cęlũ ⁊ terrã ⁊ oĩa quę in eis sunt: pfecta dñm deuotione laudaui. Sed cũ adiunxero: incarnatũ esse p salute cunctoꝝ: adieci cumulũ laudib⁹ plenis. Sic eñ inferiora testantur: qḋ ista laudis adiectio ad icarnatiõẽ oipotẽtis verbi absolute ptineat. Os meũ† pnũciauit iusticiã tuã: tota die salutare tuũ. †Quia nõ cognoui†negociationes. Justicia patris saluator est dñs: quẽ se pnũciaturũ gentib⁹ pollicet. Et ne forte aliã crederes esse iusticiã: addidit: Salutare tuũ. Quid eñ aliud denũciare potuit fidelis: nisi vñ fides christiana surrexit: Vñ ecclesię in toto orbe fertiles pullularũt: Vñ salus mũdi gloriosa incarnatõe puenit: Tota vero die: sicut sępe dictuz est: cõtinuũ tẽpus ostẽdit. Sequit. Quia non cognoui negociatões. Pars ista versus nisi bñ requirat: recipe cognoscit questionẽ. Nã si omnis negociator oĩno dãnand⁹ est: nec illi hanc penã refugiunt: q̃ artes reliq̃s exercere noscũt. Quid ẽ eñ aliud negociatio: nisi q̃ possunt vili⁹ cõparari: cari⁹ velle distrahere: Deinde in vitaspatꝝ: Paphnutiũ illũ sanctissimũ virũ: p reuelationẽ negociatori legim⁹ cõparatũ. Et inuenimus hodieq̃ in ecclia dei tractãtes quidẽ mercimonia: sed sũma fide pollẽtes. Actus eniz pessimus: nõ res honesta damnat: sicut et diuitẽ legim⁹ nõ introire in regnũ cęloꝛuz: cũ tñ iob: abraã: isaac: iacob patriarchę: facultatib⁹ q̃ fuerint affluentes. Negociatores ergo illi abominabiles estimant: q̃ iusticiã dñi mime cõsiderantes: p imoderatũ pecunię ambitũ polluuntur: merces suas plus piurijs onerando q̃ pcijs. Tales dominus eiecit de templo dicens: Nolite facere domũ patris mei domũ negociationis speluncã latronũ. Ergo sensus iste taliter cõplectẽdus est: vt putamus: Os meum pnunciauit iusticiã tuam: qꝛ nõ cognoui negociationes: illas scȝ quę malis actibus inquinãtur.

Al. ãnũciabit

Al. Om

Al. litteraturã

Joh. 2

Introibo in†potentiam domini: dñe memoꝛabor iusticię tuę solius. Potentiã homines estimant p negociationes acquirere: ⁊ in hoc mundo fieri p̃minentes. Iste beat⁹ neglecto tali pposito: introire se dicit in potentiam dñi: id est: ad regna celestia: vbi reuera puenisse certa fęlicitas est. Introibo autez dixit: vt ostenderet hierusalẽ supernã clausam pfidis: apertũ esse fidelibus. Et quid ibi factur⁹ sit subseq̃ter enarrat. Domie memoꝛabor iusticię tuę solius: illo scȝ tempoꝛe: cũ agnos sequestrat ab hedis: cũ totos gentiũ populos momẽtanea ęquitate discernit: cũ impios in gehẽnã: fideles mittit in requiẽ sempiternã. Tunc eñ vere memor erit iusticię solius dñi: quoniã eã ⁊ mirabilẽ ⁊ singularẽ esse cognoscit. Deus docuisti me a iuuẽtute mea: ⁊ vsq̃ nunc pnũciabo mirabilia tua. Iuuentutẽ diximus debere accipi: ex quo cęperit homo ad diuinã gratiã puenire: quia tunc animę virib⁹ firmus: tunc incipit esse robustus. Docuisti autẽ: siue ad libꝛos pertinet diuinos: siue ad infusaz cęlitus fidẽ. Et ne tantũ hanc sententiam in p̃moꝛdijs crederes acquisitã: dicit: quod beatis mentibus solet accidere: Et vsq̃ nunc: vt p spacia tempoꝛũ eius doctrina creuisse videretur. Sequit. Pronunciabo mirabilia tua. Vtiq̃ mirabilia fuerũt: vt doceret indoctus: vt ex pfido fieret deuotus: vt ex peccatore iustissim⁹. Hęc ergo se p̃dicaturuz esse pnũciat: quę in ipo fecerat diuina clementia. Et vsq̃ in senectã et senium: de⁹ ne derelinquas me. Donec annũciem bꝛachiũ tuũ generationi. Apud grecos: duo nomia ista diuersa sũt. Senectã grauitatẽ vocant: seniuz etatem finitimã. Sed quia latinitas hęc duo dissonãtia sibi non habuit: hic ętates duę quasi simili noie nũcupant: id est: senecta ⁊ seniũ. Sensus ergo talis est: Vt qꝛ se dixerat a iuuẽtute sua doctum vt solũ domini iusticiam p̃dicaret: nunc petit vt neq̃ immatura: neq̃ in seni ętate deseratur a domino: quatenus ei⁹ foꝛtitudine roboꝛat⁹: vsq̃ ad finem suum laudes possit debitas explicare. Sed videamus ętates istę quibus sunt assignãdę tempoꝛibus. Iuuẽtus

Al. p

fuit ecclesie: quãdo dñs crucifixus est xps: qñ martyrũ turba dimicauit: ꝛ morientib⁹ fidelib⁹ ecclesie virtus apparuit. Senectaꝫ vero dicim⁹ etateꝫ q̃ nũc agit̃ ꝓxima fini: qñ ꝓficit fides: ꝛ ꝑ vniuersas ecclesias dei ꝓlus auget̃: cũ mũdi isti⁹ tẽpora fugitiua decrescant. Seniũ aũt tẽpus illud occiduũ intelligendũ puto: qñ ꝛ seuus ille tyrann⁹ adueniet: ꝛ turba martyrũ hanc vitam optato fine cõcludet. Sequit̃. Donec annũciem brachiũ tuũ generationi. Hõ ille fidelis loquit̃ introduct⁹: petens a dño vt vsq; ad senectã ꝛ seniũ in ecclesie cõgregatione ꝑmaneat: donec brachiũ patris: id est: dominũ saluatorẽ succedẽti gñatiõi hoim debeat ꝑdicare: sic legit̃: Et brachium dñi cui reuelatũ est? vt religio christiana toti⁹ mũdi deuotione dilatet̃: maxime cũ in fine seculi sanctoꝝ ꝑdestinat⁹ numer⁹ cõpleatur.

Omni que vẽtura est. Potẽtiã tuã ꝛ iusticiã tuã de⁹ vsq; in altissima. Omni q̃ ventura est: ad suꝑioris versus extrema iungẽdũ est: id est: generatõi. Et ne forsitan putares illis tm̃ denũciãdũ fuisse brachiũ dñi: id est: dñm christũ q̃ eodẽ tẽpore fuerũt: cũ ille ꝓ nobis incarnari dignat⁹ ẽ: addidit: Que vẽtura est: vt hãc ꝑdicationẽ vsq; ad finẽ seculi cognosceres esse faciendã. Sequit̃. Potentiã tuã ꝛ iusticiam tuã deus. Hic q̃q; reddendũ est: donec annunciẽ. Nã potentia ad gratiã incarnationis respicit: ꝑ quã hoiẽ liberare dignatus est: Justicia ad iudiciũ: in quo adã inobediẽti mortem adduxisse cognoscit̃. Nec moueat qd ordine ꝑposterato dicta sũt: cũ hoc frequẽter in scripturis sanctis inuenias. Usq; in altissima vero: illud declarat: qꝛ vtrũq; mirabile: vtrũq; gloriosũ est: reparatũ hoiem ꝑ gratiã q̃ ꝑus fuerat ꝑ iusticiã iure damnat⁹. Tendam⁹ etiã intellectũ vsq; in altissima: qꝛ de⁹ homo sedet ad dexterã patris: regnãs cũ eo ꝛ spiritusancto ꝑ infinita secla seculoꝝ.

Que fecisti magnalia: de⁹ quis silis† tibi? Postq̃ gratiã creatoris ꝛ iusticiã ei⁹ vsq; in altissima dixit esse ꝓgressam: venit ad tertiã parteꝫ vbi hymnica exultatione cõcelebrat: quantã iusticiã peccãtib⁹ ostẽderit: ꝛ ꝯuersis iteruꝫ clementiã sue pietatis indulserit. Adã quippe inobediẽtẽ ꝓtinus paradisi voluptate ꝑuauit: latronẽ cõfitentẽ ad eius amena velociter intromisit. Hec sũt magnalia que dñm fecisse testat̃: qm̃ ꝛ ad iudicandũ singulariter fortis ostendit̃: ꝛ ad liberandũ nullus ei silis inuenit̃. Qd cũ admiratiõe legendũ est: qꝛ nullus cõprehẽdere: nullus sufficit digne laudare. Magnalia em̃ a magnitudine vocitant̃: q̃ stuporẽ hũanis mẽtibus ꝑ suã vident̃ facere granditatẽ. Intulit q̃q;: Quis silis tibi? Quia ex opibus suis cognoscit̃ singularis. Magnitudo siquidem facti: potentiaꝫ testatur auctoris.

Quãtas ostẽdisti mihi tribulationes multas ꝛ malas: ꝛ cõuersus viuificasti me. Quãtas itẽ: sub admiratione legendum est: quasi innumerabiles passiões. Intẽde etiã qd dicit: Ostendisti: qa fidelib⁹ ad ꝑsens duras tribulationes ostẽdit. Et q̃uis male vel multe esse videant̃: in bonũ tñ recidunt: qꝛ ꝓdesse ꝯtẽdũt. Multas q̃ quantitatẽ: malas indicãt qualitatẽ. Sequit̃. Et cõuersus viuificasti me. Si naturã verbi ꝯsideras: sꝑ incõuertibilis: sꝑ ꝓbatur imobilis: sed cõuersus dicit ꝑ tropologiã: id est: ꝯuerti me fecisti: qꝛ distortus fuerã lege pcti. Fideliũ quippe tribulatio ducit ad vitã: sicut in euãgelio dicit: Beati qui lugent: qm̃ ipsi cõsolabunt̃.

Et de abyssis terre iteruꝫ reduxisti me. Multiplicasti† iusticiã tuã: ꝛ cõuersus† exhortat⁹ es me. Abyssos quidẽ legimus altitudines diuini sensus: sic in alio loco psalmista dicit: Judicia tua abyssus multa. Sed hic ideo: Terre additũ est: vt ꝓfundas mensuras ꝛ voragines debuisses intelligere pctõrum: vnde se frequẽter ad vite gaudia reuocatũ esse ꝓfitetur. Sed aduertamus: quid sibi velit hoc quod: Jterum: dicit. Iteꝝ positum est pro frequẽti: eo quod multipliciter aliquid iteretur. In sexto quippe psalmo auctoritateꝫ secuti maiorum: diximus septẽ modis remissionẽ nobis dominũ concedere peccatorum. Primo ꝑ baptismũ: secundo ꝑ martyriũ: tertio ꝑ elemosynas: quarto cũ debitorib⁹ nostris debita laxam⁹: quinto ꝑ cõuersionẽ fratꝝ: sexto ꝑ abundãtiã caritatl: septimo ꝑ pẽnitẽtiã. Forte adhuc ꝛ alijs remissionib⁹ nostra fragilitas subleuet̃. Sciendũ tamẽ ideo: iteꝝ: dictũ: vt medicina

Esa. 53 | Al. | ET | Matth. 5 | Al. magnificẽtiã | Al. cõsolat⁹ | Ps. 35 | R

eius frequētior indicet. Nam quod dicit: Multiplicasti iusticiā tuā: superiorē sensū pbat exponere. Quia iusticiā suam multiplicat: qñ nobis p diuersas causas afflictionū subuenire dignat. Justicia eñ dñi sepe dicit: cū misericordiā facit: τ iterū misericordia ipius iusticia nuncupat: qr sibi sp vtrūqꝫ ꝯiūctū est: sicut in cētesimo psalmo

Ps. 100 legit: Miscdiā τ iudiciū cātabo tibi dñe. Sequit. Conuersus exhortat⁹ es me. Hoc verbū ꝙ paternū sit debem⁹ aduertere: vt famulos suos ꝙuis pmissa districtione castiget: tñ tristes pmanere nō patit: dū scripturarū diuinarū eos sctō alloquio ꝯsolet. Exhortatio: cōsolatio debet intelligi: que animos cōponit: afflictionē releuat: τ mentem sanat diuersis languoribus sauciatā.

Al. Nā et ego
Al. psalmi

†Ego aūt confitebor tibi in vasis† psalmorū: veritatē tuā. Cū dñs fidelibus suis p exhortationes pias pmia eterna pmiserit: hic iā iustus ille gnālis letus veritatē se psallere ꝯfitet: id est: qr dñi promissa cōplenda sunt: dum nescit fallere qđ eterna veritas pollicet. Pulchre aūt definitū est psalmos vasa esse veritatis: qsi spiritualia dolia vinū dñi incorrupto sapore seruātia. Psallā tibi de⁹ in cithara: sanct⁹ israel. Frequēter dixim⁹ fidelium christianorū duas maximas esse virtutes: spiritualē ad bene credēdū: actualē ad bñ

Mu agēdū: quas hic se p spēs musicas vtrasqꝫ dño oblaturū se esse pmittit. Nā qđ ad spiritualē virtutē ptinet: in supiore versu psalmū se cantaturū esse pollicit⁹ est: qđ ad actualē in cithara laudare se dñm dicit. Psalmus eñ: sicut sepe dictū est: de supiorib⁹ sonat: cithara de inferiorib⁹: melos ad superna transmittit. Sed cui psallat vel citharizetur: dicit: Sancto isrl: nō quē gentilitas putabat erroneū: sed quē pribus nostri vera fides ostēderet.

Al. Exultabūt

†Gaudebūt labia mea dum cātauero tibi: τ aīa mea quā redemisti. Labia: os interioris hominis dicit. Habet eñ τ mens vocē suam qua tacite clamat ad dñm. Nā vt hoc spiritualiter intelligeres: adiecit: Anima mea quā redemisti. Ipsa ergo gaudet in labys suis internis: que se redemptam esse cognoscit. Sed τ lingua mea tota die meditabit iusticiā tuā: cū confusi τ reueriti fuerint q̄ querūt mala mihi. Sicut superi⁹ dixit: Psallā veritatē tuam in vasis psalmorū τ cithara: significare volens anime corporisqꝫ virtutes: ita et labia cordis sui cantatura pmisit. Nūc aūt adiecit: linguā meditaturā eē iusticiā dei: id est: corporis sui substantiā: q̄ tūc plenissime laudes dñi meditabitur: qñ regnū eius in illa resurrectiōe pceperit. Sed vt in finē seculi debuisses aduertere: Sequit: Cū cōfusi τ reueriti fuerint qui q̄rūt mala mihi. Quod vtiqꝫ plenissime tūc fiet: qñ a dextris iusti: τ a sinistris impij fuerint collocati. Duob⁹ eñ modis ꝯfundunt τ reuerent inimici: qñ aut hic penitentiā gerūt τ se errasse cognoscūt: aut certe in aduētu saluatoris dū illa que fieri nō credebāt: suis oculis manifesta ꝯspexerint. Tunc q̄ secure exultationis tēpus est sanctis: qñ iā locū dominationis impij nō habebūt: τ letabunt iusti: cū malorū omniū termin⁹ aduenerit: τ bona dñs sine fine ꝯcesserit: i q̄ xpianorū pmanet indefecta petitio. Cōclusio.

Cum totus hic psalmus gratiā dñi: que gratis datur: sūma intentione cōmēdet: admonet etiā nos incarnationē verbi: p quā salus humano generi puenit felici vicinitate declarandā: more solis qui pxima luce cōsurgens: roseam pmittit aurorā: vt gratiā pclari splendoris pparatis possit oculis intueri. Patres eñ nostri psalmorū numerū: in veteris ac noui testamēti sacramētis ita crediderūt esse diuidendū: septē scꝫ decades ponentes in sabbatū: qđ ad primā illā ptinet sine dubitatione culturā: octo vero nostro tēpori deputantes: qui resurrectionē dñi p singulas hebdomadas die octaua venēramur: τ iōqꝫ p vtranqꝫ supputationē: vetus τ nouum testamentū sacrat⁹ iste numer⁹ dinoscitur cōtinere psalmorū. Quod eñ centū quinquaginta possunt in numero singulorū: hoc valēt significare quindecim decades in ordine denariorū: eoqꝫ fit: vt calcul⁹ iste psalmorū: nouo τ veteri testamēto cōpetenter aptetur. Sciendū est plane: qđ in pma parte veteris testamēti: τ noua misceat sacramenta mysterij. Dicit eñ in septenario numero: τ passionē domini christi: τ in octauo calculo multa ponit de veteri testamen-

to: vt vtrunq culture nostre conuenire modis omnib⁹ sentiatur. Meminisse aūt debemus arithmeticā: vel alias disciplinas psalmos cōmemorare frequēter: qs in subsequētibus put fuerit oportunū de ipsis pstrictim aliqd cōmemorare curauim⁹: vt q̄uis breuiter dicta: nō tñ videant̄ esse pterita: Tm̄ est vt astrologiā sacrilegā sūma intētione fugiam⁹: quā etiā nobiliū philosophoꝝ iudicia dānauerūt. Quapropter p̄senti operi terminū ponam⁹: quaten⁹ et quies parūp adhibita lectoris reparet studiū: et futura pars digesta psalmoꝝ de significātia noui testamēti sumat cōpetenter initium. Amen.

Explicit expositio in septē Psalmorum Decades: testamentū vet⁹ repsentātes.

Incipit expositio in octo Decades nouo testamēto couenientes.

Prefatio.

Explicatis septē decadib⁹: sicut dictū est: in figurā veteris testamenti: nunc ad reliquas octo veniamus: quarū numer⁹ plenissime nobis resurrectionis dñice cognoscitur indicare mysteriū: vt his partib⁹ diligēter inspectis: reuera liber psalmorū: toti⁹ scripture diuine thesaurū cōplexus esse videat̄. Nā licet sint omnia spūalibus plena diuitijs: et magnis illustrata luminib⁹: pene nullum tñ ex his vt arbitror volumē inuenies q̄ tantis rebus celestibus doceat̄ esse cōplexus. Nec moueat qd pars illa quā dixim⁹: ad sacramentū testamēti veteris ptinere: a beatitudine dñi saluatoris sumit initiū: et iteꝝ in subsequētibus psalmis iuenies qd primis ꝯstat tēporibus actitatū: que oīno nō debent aduersa iudicari: q: et vetus testamentū de nouo plenū est: et nouū facit plerūq veteris mentionē. Nunc ad titulū veniam⁹: q̄ interptatione nois sui: ad noui testamēti noscit̄ ptinere mysteriū.

Titulus psalmi septuagesimiprimi.

Inscribitur enim septuagesimusprimus psalmus In Salomone.

Salomon: interptat̄ pacific⁹. Quis est aūt reuera pacific⁹ nisi dñs christus: qui hominē diaboli versutia deceptū: ad creatoris sui reuocauit obsequium: fecitq colere salutis principē: qui sequebatur miserrim⁹ mortis auctorē: Ipse enī mediator dei et hominū hodieq interpellat p nobis. Quē reuera dicere nos recte pacificū: ipius verba testant̄ cū dicit: Pacem meā do vobis: pacē meā relinquo vobis. Sed pax ista: nō ē quā bella disturbēt: nō est quā inqetudo vlla cōcutiat: sed impturbata semp atq eterna manēs: nulli⁹ inimici cōtrarietate dissoluit̄. Ipsa est de qua ppheta dicit: Dabo vobis solaciū verū: pacem sup pacem.

Joh. 14

Diuisio.

Per totū psalmū ppheta loquens: aduentū significat dñi saluatoris. In vna eadēq psona: mō hūanitatem ei⁹: mō diuinitatē alternis partib⁹ euidenter ostēdens. In prima parte: verba facit ad patrē: iudiciū filio petēs ad pplos iudicādos: qd tñ p̄destinatū ante secula esse cognoscit̄. Secūda: i iudicio dñi filios pauperū dicit esse saluādos: et hūiliādā diaboli sine dubitatione superbiā. Nam et ipum quoq virginis partū: p quasdā similitudines mirabiliter cognoscit̄ indicare. Tertia parte: refert que bona cōtigerit de spiritu sancto: et maria virgine nato dño christo. Quarta: ab omnib⁹ regib⁹ dicit adorādū: q: humanū genus a diaboli potestate liberauit. Quinta pnūciat: qm̄ hūanis oculis visus firmamentū fuit credentiū: et puect⁹ sine dubitatiōe iustoꝝ. Sexta: eterno domino totius mūdi cōsensu laudes phibet esse soluēdas. Septima: hymnū dño christo iocūdissima deuotione psoluit. Sic noui testamenti clarū manifestūq initiū per huius psalmi seriē cōstat expssum.

Expositio psalmi.

†Quoniā misericordiā ⁊ veritatē diligit† dn̄s deus: gratiā ⁊ gloriaz dabit domin9. Causa reddit quare domus dn̄i plus debeat diligi ꝙ tabernacula pctōrū. In ecclesia em̄ ipsius primū misericordia est: q2 de peccatorib9 efficit iustos: ⁊ veritatē illis pmissi p̄mij nō negauit: sicut dicit aplus: Qui prius fui blasphemus ac psecutor ⁊ iniuriosus: sed misericordiā cōsecutus sum. Et paulopost: Bonū certamen certaui: cursum cōsūmaui: fidē seruaui: superest mihi corona iusticie quā reddet mihi dn̄s in illo die iustus iudex. Ecce vtrūqꝫ cōplexus est: ⁊ misericordiā dn̄i ⁊ veritatē. Subiungit etiā: Gratiā ⁊ gloriā dabit dominus. Ne solā gratiā in hoc seculo sancti putares esse collatam: sequit: Et gloriā dabit domin9. Hic em̄ primo p̄stat gratiā: vt peccator cōuertatur ad vitā: in futuro dabit gloriā vt diuino munere iustificati angelorū mereant esse cōsortes. Gr̄a em̄ dicitur gratis data: sicut ait aplus. Si aūt gratia nō ex operib9: alioquin gratia iā nō est gratia. Ipsa est quippe dn̄i christi gratia: q nos preparat/adiuuat/corroborat ⁊ coronat. **Non priuabit bonis: †ambulantes in innocētia.** Malorū tantū pena est a munere diuinitatis arceri. Innocētiā vero plenā dei cōstat esse munerib9: sed hec innocētia sui debet vocabuli fine cognosci. Ipse est em̄ innocēs: qui nulli nocet. Talis ergo nō pōt priuari munerib9 dei: q iam hic dona beate cōuersationis accepit. Innocēs aūt est qui hic disponit in cōualle lachrymarū: qui elegit abiectus eē in domo dei: magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatoruz. ⁊ his similia que supius dixit. **Domine† deus virtutū: beatus homo qui sperat in te.** Tot bona explica-

Al. Quia
Al. nō h3
j. Timoth. i
2. Timoth. 4
ET
Al. eos q ambulant
Al. nō h3

re nō potuit: quę sanct⁹ suus anim⁹ sentie-bat. Et ideo sub admiratione legendū est: Dn̄e deus virtutum: qui tanta facis: quā-ta hoīes referre nō possunt. Ad postremuȝ intulit aliqd aliud quā p̄misit: Beatus ho mo qui sperat in te. Quod schema dicitur Paraprosdocia: latine inopinat⁹ exitus: hoc est: cū aliud ꝓponiť ⁊ aliud subiungiť. Intelligam⁹ ergo quātū possumus sensū diuinū: q̄ multiplici decore reluceat: vt il-lud qd̄ multis verbis explicare n̄ poterat: in paucitate ꝯcluderet. Beatus est em̄ qui spem suā in ęterna fęlicitate posuerit. Bea tus cui⁹ bona n̄ occidūt. Sȝ postremū pfec te beatus est: cuius spes in domino iugi-ter ꝑseuerat.

Sche

℞

Cōclusio.

Mirabilis psalmus: ⁊ omni mūda-na suauitate iocundior: qui sic no-bis ecclię torcularia fecit oīno dul-cescere: vt optabili⁹ habeam⁹ tali fasce de-primi: q̄ hui⁹ fęlicitatib⁹ subleuari. Unde iam merito dicim⁹: Cōcupiscit ⁊ deficit ani ma mea in atria dn̄i. Sed sanctā petimus trinitatem: vt queādmodū sensus nostros dulcedo p̄sentis lectiōis afficit: ita iugiter in nobis maneat qd̄ ipse miserat⁹ infudit.

Explicit expō in psalmū. LXXXIII

Incipit expō in psalmū. LXXXIIII

In finē filijs chore psalmus.

In finē: dominū saluatorē significa re cōstat in titulis: sicut dicit apl̄s: Finis em̄ legis christus ad iusticiā omni credenti. Filijs chore psalm⁹. Quid significet chore: sepe iā dixim⁹. Hoc tamē in sūma cōmonere sufficiat: hunc psalmuȝ de illis dici: qui iam dn̄o saluatori sincera mente crediderūt: de cui⁹ primo aduētu p̄-sens psalmus terti⁹ approbať.

Ro. jo

Diuisio.

In prima parte psalmi: ꝓpheta do mino breuiter gratias agit: qm̄ de illa antiquitate iudaicę natiōis ꝑ-uenit ꝑplus ad culturā dn̄i saluatoris. Se-cūda parte: refert queādmodū iraȝ suā do minus in ꝑplo iudęorū mitigare dignatus est: expetens aduentū christi in quo hūana cęcitas euidentissimū lumē credulitatis ac-cepit. Tertia parte: ad seipsum verba con-uertit: ⁊ ꝓphetię spiritu incarnati verbi p̄-dicat euidenter aduentum.

Expositio psalmi.

Benedixisti dn̄e terrā tuam: auertisti captiuitateȝ iacob. Preuidens psalmista futura mira-cula: tanq̄ de p̄terito letus exultat aduētu dn̄i bn̄dictā terrā esse ꝓnūcians: id est: car-nē vtiq̄ quā ipse ē dignat⁹ assumē. Per ia cob em̄ patriarchā frequēter dixim⁹ signifi care ꝑplm̄ fidelē: q̄ liberat⁹ est a captiuitate diaboli: qn̄ meruit dn̄i miseratōe saluari. Dicēdo: Auertisti captiuitatē: ostēdit eam ꝑ hūanis quidē iniqtatib⁹ fuisse crassatā: sed diuina miseratiōe submotā. Remi sisti iniquitatē plebis tue: operuisti oīa peccata eoꝝ. Remittere: est debitū relaxare: nō causę alicui⁹ interuētu: sed pie tatis intuitu. Sic dn̄s remisit culpā: dū re-os ꝑuenire fecit ad veniā. Hoc est qd̄ supe-rius dixit: Auertisti captiuitatē iacob. Ca-ptiuitas em̄ pcti fuit: qn̄ mūdus idolis ser-uiebat obnoxius: sed veniēte dn̄o saluato-re tecta esse: id est: oblitterata nō dubiū ē: cui⁹ aduentu ⁊ libertas nostra caput extu-lit: ⁊ sup̄bia diaboli ꝯfracta succubuit. Se-qť. Opuisti oīa pctā eoꝝ. Propitiatio dn̄i sic euidēter agnosciť: qn̄ peccata nostra co-operta esse monstranť. Illoꝝ em̄ abomina tio nostra absolutio est: ⁊ tūc securi reddi-mur qn̄ illa ad iudiciū nō vocanť. Hoc hu-mano generi cōstat esse collatū: cū saluta-ris dn̄s dignat⁹ est aduenire. Et intēde q̄ ꝑ hos duos versus: figura sit Homęoteleu ton: q̄ similibus litteris dictiōes plurimę ter minanť. Dixit em̄: Benedixisti: auertisti: remisisti: opuisti. Mitigasti oēm irā tuā: auertisti ab ira indignationis tuę. Interiecto diapsalmate: vēit ad secū dā partē referēs queādmodū iram suā dn̄s mitigare dignat⁹ est: ⁊ salus ꝓueniret qui-bus desperatio ꝑ factoꝝ suorū qualitatib⁹ iminebat: sicut in euāgelio ipse testať: Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domus israel. Sed inspice qua mēsura sit posituȝ: Mitigasti. Prosequiť iteruȝ culpas q̄s in dn̄m saluatorem iudęoꝝ nefanda ꝑteruia studio ꝑuersitatis exercuit. Ab ira aūt indi gnationis suę: subaudiēdū est: qm̄ iudęo-rū auertit interitū: dū ad egrotos medic⁹: ad pestilētia plenos auctor salutis aduenit. Qd̄ nō solū ad vnā gentē: sed ad bn̄ficium toti⁹ orbis aptandū est. Cōuerte nos

de⁹ salutaris noster: ꝛ auerte iram tuā a nobis. Cū supius dixerit: Operui sti oīa peccata eoꝝ: mō quasi nouiꝫ petit: Auerte irā tuā a nobis. Sed vtraqꝫ cōueniunt si cōsiderem⁹ tēpora peccatoꝝ. Pro illis itaqꝫ iniquitatib⁹ que ante fecerat pplꝰs iudeoꝝ: pri⁹ gratias egit: qm̄ aduentu dn̄i oīa pbanꝫ esse mitigata. Hic aūt p futuris culpis iterū rogat: qꝛ eos in passione dn̄i crudelia scelera ꝑuidebat iterū esse facturos. Deniqꝫ hoc dicit: Cōuerte: vt de pse cutorib⁹ defensores fiāt: de blasphemis ꝑdicatores: de ꝯtradictorib⁹ discipuli. Dicēdo aūt: Nos: psonā ppl̄i de quib⁹ loquiꝫ sumit. Simili mō accipiendū est: Auerte irā tuā a nobis: ne gētē iudaicā debita possit pena ꝑcellere. †Nō in eternū †irascaris nobis: neqꝫ †extendas irā tuā a †ꝓgenie in ꝓgeniē. Sciebat dn̄i patiētiā impia hoīm sustinere pctā: ꝛ ideo rogat vt nō eos eterna dānatione ꝑcellat: sed inuitando demulceat: sustinēdo lucreꝫ: commonēdo corrigat: qđ tn̄ eū facturū esse noscebat. Perscrutādū est autē qđ duas ꝓgenies posuit. Prima est em̄: vt qbusdā placet: ab adā vsqꝫ ad christuꝫ. Secūda que ꝑ gratiā baptismatis: vsqꝫ ad finē seculi pacta cōcludiꝫ. Petit ergo: vt qꝛ priori generationi ꝓ ꝑtinacie sue qualitate iuste iratus est dn̄s: ne secūde generatōi idem velit irasci: que ꝛ si a pctō immunis esse n̄ pōt: tū ꝑ gratiā baptismatis ꝛ satisfactionē cōfessionis: culparū suarū sordibus desiderat expiari. Deus tu†ꝯuertens viuificabis nos: ꝛ plebs tua letabiꝫ in te. Mirabili dn̄m pietate deprecaꝫ: ꝓbās qꝛ cōuersionē nostrā de meritꝭ nō habem⁹: ꝫ ei⁹ munere ꝓuenit: qn̄ ꝓ se aliqđ anim⁹ salutariꝫ ꝯcupiscit. Dicit em̄: De⁹ tu ꝯuertēs viuificabis nos: id est: qꝛ tu ꝑmittis ꝯuersionis votū vt ad vite ꝑuenire possim⁹ introitū. Qđ cū donaueris: tūc illa plebs ꝓspere letabiꝫ in te: que infelicit gaudebat in se. Hoc em̄ ꝓuenit cōuersis qn̄ suscipere ceperint bn̄ficia saluatoris. Ostende nobis dn̄e misc̄diam tuā: ꝛ salutare tuū da nobis. Sciebat quidez dn̄m esse vētuꝝ: sed rogat vt hec bn̄ficia: nō tm̄ oculis carnalib⁹ videat: sicut ceteri nō credētes: sed purissimo cordis intueaꝫ aspectu. Misc̄dia em̄ patris saluator ē dn̄s: quē sibi illūinatiōe vere fidei cohors beata poscebat ostendi: nō tm̄ carnis velamine coopertū: sed potētie sue claritate cōspicuū. Nā idē cū de ipso diceret: addidit: Da nobis: id est: ꝯcede salutare tuū: quasi amplectendū: quasi possidendū: q̄si munere eterne glorie pfruendū. Perfidis em̄ tm̄ apparuit: nō etiā datus. Da ergo dicit: vt cū in mente nostra celesti dono recipiꝫ: nullis tēptationib⁹ auferaꝫ. Audiā quid loquaꝫ in me dn̄s deus: qm̄ loqueꝫ pacē in plebē suā. Et sup sanctos suos. Venit ad tertiā partē: in qua pulcherrimo schemate predicat dn̄i saluatoris aduentū. Naꝫ postqꝫ depcat⁹ est vt ei dn̄s appareret: q̄si petitiōis sue cōpos subita illuminatione cōpletus dicit: Audiā: id est: nō mihi loquendo officiā: qui iā sentio me accepisse qđ credā. Qđ gen⁹ locutiōis scripture diuine ꝓpriū esse cognoscim⁹: qn̄ nihil tale vt arbitror in libris secularib⁹ inueniꝫ. Vides ꝓphetie potentiā hoc dicto fuisse reuelatā. Intus em̄ loquiꝫ dn̄s: id est: spūssanct⁹: vt psalmista foris fari posse videaꝫ: intrinsec⁹ audit vt extrinsec⁹ audiaꝫ. Dicit tacit⁹ ꝓphete: qđ verberato aere populus possit audire. Sequiꝫ. Qm̄ loqueꝫ pacē in plebē suā: ꝛ sup sanctos suos. Pax dei christ⁹ est dn̄s: quā locuturū dicit spiritūsanctū: qm̄ est de eius incarnatōe dicturus. Plebi dixit: ꝫ sue: nō indeuote: id est: sanctis q̄ deo dn̄o ꝓbabili ꝯuersatiōe placuerūt. His em̄ pax ē dn̄s xp̄s: infidelibus aūt scādalū ꝛ stulticia: q̄ bellū in sacrilega mēte patiunꝫ: qꝛ pacis auctorē rectis semitis nō sequunꝫ. Sꝫ hunc versū paulo diligenti⁹ pscrutemur: qm̄ scelestas mētes veritatis ipi⁹ attestatione ꝯuincit. Hinc eniꝫ euidēter exp̄ssum est: quid sit spūsctūs: id est: dn̄s de⁹. Vbi sunt q̄ dicūt spm̄sanctuꝫ p̄re ꝛ filio eē minorē: ꝛ ita eē subiectū vt puteꝫ volūtatis sue iudiciū nō habere? Audiamus spm̄sanctū: q̄ in ꝓpheta suo spōte loquebaꝫ: dn̄m esse deū. Nā ꝛ in actib⁹ aplorū de ipso aperte legiꝫ: deū esse spiritūsanctum: dicēte petro: Anania cur tēptauit sathanas cor tuū mētiri te spirituisancto? Et post paulū ostēdere volens q̄ sit spūsctūs dicit: Nō es mentit⁹ hominib⁹ ꝫ deo. Naꝫ

Act. 5

pp

j. Pe. j idē petrꝰ in epistola sua dicit: Spūsancto misso de celis in quē ꝯcupiscūt angeli ꝓspicere. Qui si eq̄lis nō esset: nō in baptismo in noīe deitatis: patri ꝛ filio reuerētissimo honore coequeret̄: sicut ab ipsa veritate ꝓlatū est: Ite baptizate oēs gentes in noīe patris ꝛ filij ꝛ spūssancti. Qđ solū testimoniū debet hūano generi valde sufficere: qꝛ vbi vnū nomē deitatis dicit̄: ibi aut nature aut potētie diuersitas nō habet̄. Et in eos q̄ cōuertunt̄ ad ipsum. Verūtn̄ ꝓpe timētes eū salutare ipsiꝰ: vt inhabitet gloria in terra nr̄a. Qui cōuertunt̄ ad ipm̄: significat penitentes: q̄ mundi pestifera libertate derelicta: felicia eius eligūt subire seruitia. Nā cū orbis vniuersus idolorū turpissima deuotiōe flagraret: soli iudei putabant̄ ꝓpe timere dn̄m: q̄ ꝑ moysen lege suscepta: vni deo videbant̄ esse deuoti. Sed iō dictū est: Prope timentes: qꝛ carnaliter oīa gerētes: diūsis eū culpis cōtumaciter irritabāt. Nō eīn timere: sed ꝓpe timere dicti sūt: qui legē ipius carnaliter nō spūaliter acceperūt. Ut aūt hoc de ipsis dictū intelligas: sic ꝛ aplus ait. Et veniēs euāgelizauit pacē vobis qui eratis longe: ꝛ pacē his q̄ ꝓpe. Sed q̄uis tales fuissent: tn̄ dn̄s saluator de ipsoꝝ elegit carnalit̄ gente ꝓcreari. Inde eīn virgo maria q̄ peperit xp̄m: Ibi ꝯuersatꝰ est dn̄s: ibi miracula q̄ a fidelibus ꝛ legunt̄ ꝛ credunt̄ effecta sunt. Misc̄dia ꝛ veritas obuiauerūt sibi: iusticia ꝛ pax complexe sūt se. Hoc schema dicit̄ Somatopeia: id est: corporis attributio: qn̄ rebꝰ incorporeis corpora tribuunt̄. Nā cū misc̄dia ꝛ veritas: pax ꝛ iusticia icorporea sint: duabꝰ gressum: duabꝰ dedit amplexū: qđ vtiq̄ cōstat esse corporeū. Postq̄ vero dixit ex q̄ gente esset dn̄s nasciturꝰ: nūc que ꝑstiterit aduētus sancte incarnatiōis exponit. Ipso q̄ppe ꝑstante: duo testamēta in vniꝰ seriē copulationis adducta sūt. In nouo eīn misericordia est: in q̄ ꝑ gratiā liberat̄ genꝰ hūanū. In veteri veritas: vbi lex ꝛ ꝓpharū annūciatio ꝯtinet̄: sicut in .lxx. psalmo iā dictū est. Hec aūt duo sibi obuiauerūt: nō ad exercendā ꝯtrarietatē: sed ad gratiā ꝓmisse ꝑfectiōis implendā. Unū q̄ppe ꝯstat factū: qđ tēporibꝰ ꝓbat̄ esse diuisū. Et vt genus ipm̄ federis euidēter exꝑmeret: hoc ipsum varia noīm iteratiōe geminauit: amplexu quodā dilectiōis duas res: id est: iusticiā ꝛ pacē in mutuā ꝓtinus venisse ꝯcordiā. Qđ fieri solet: qn̄ se hoīes post longū tēpus vidētes: nexu brachiorū studio caritatis astringūt. Veritas de terra orta eū: ꝛ iusticia de celo ꝓspexit. Veritas de terra orta est: qn̄ ex maria virgine verbū caro factū ē: sic ipse dicit: Ego sū via veritas ꝛ vita. Justicia de celo ꝓspexit: qn̄ hūano generi piclitāti: filiꝰ dei mirabili dispensatione subuenit. Pōt ꝛ alit̄ hic sensus itelligi. Ueritas đ terra orit̄: qn̄ ꝯfessio peccatoris offert̄. Justicia đ celo ꝓspicit: qn̄ fit remissio pctōꝝ: qđ in publicani illiꝰ oratione ꝓuenit. Ueritas eīn de terra orta ē: qn̄ ima respiciēs ꝯfitendo pctā sua deū rogabat. Justicia vero de celo ꝓspexit: cū descēdit iustificatꝰ publicanꝰ magis q̄ ille phariseus. Etenī dn̄s dabit benignitatē: ꝛ terra nr̄a dabit fructū suū. Et iste q̄ versus ad penitētis hūilitatē cōpetēter aptat̄. Ipe eīn sua benignitate donat ꝯfessiōis affectū: id ē: imbrē ꝓsperrimū lachrymaꝝ: vt caro nr̄a piꝫ fletibꝰ irrigata: ꝑmia possit afferre copiosa. Justicia anī eū ābulabit: ꝛ ponet in via gressus suos. Pari etiā mō ꝛ hunc versū ad illos aptandū esse dicimꝰ: q̄ supplicationibꝰ pijs a dn̄o corrigunt̄. Justicia q̄ppe ambulabit an̄ eos: qn̄ maloꝝ suoꝝ veritate recognita: remitti sibi hūiliter petūt: qđ sceleratis ausibꝰ ꝑpetrarūt: ꝛ qđ gaudētes male ligauerunt: ꝑ bn̄ficia pie lamētationis absoluūt. Tunc eīn vere ponunt in via: id est: in xp̄o: gressus suos: qui ante semitis detestabilibus errauerunt.

Cōclusio.

Audiuimꝰ beate dauid quid intus tibi locutꝰ fuerit dn̄s. Pax ista ꝛ super nos veniat q̄ in tuo corde regnabat. Ecce verū regē quē virtꝰ talis regebat: tēplū iusticie: palatiū pietatis: thesaurariū misc̄die. Jure tibi subiacebūt terrena: cui talis dn̄s imperabat. Ecce qđ vltra omne imperiū: supra omnē possit esse ꝑconiū: de tuo semine omnipotēs verbū carnē sumpsit: ꝑ qđ humanū genꝰ salutare donū redemptionis accepit.

Explicit expō in psalmū. LXXXIIII

Marginalia: Matth. 28 — Al. cor — Eph. 2 — Al. osculate — Al. nō hꝫ Sche — ℞ — Jo. j

Incipit expō in psalmū. LXXXV

Oratio dauid.

Oratio: nomē omonymū ē: cui⁹ etymologia est: oris ratio. Que q̄n inter hūana iudicia dicit̄: a disertis artificiosa nimis subtilitate cōponit̄: q̄n deo fūdit̄: simplici atq₃ hūili supplicatione pfert̄. Sȝ hec hūilitas atq₃ puritas depcationis scō ṽbo sic ɔuenit: si duas naturas in xp̄o dn̄o: vt mr̄ docet ecclīa: ɔfiteamur pfectas atq₃ verissimas: id est: dei ꝛ hoīs. Tūc em̄ veraciū ṽboꝝ: nulla ɔrietate turbabimur. si scīs ꝓprietatib⁹ apta reddam⁹. Nā si vis nosse potentiā deitatis ei⁹: audi euāgeliū: In pncipio erat verbū: ꝛ verbū erat apud deū: ꝛ de⁹ erat ṽbū: hoc erat i pncipio apd deū. Oīa p ipm̄ facta sunt: ꝛ sine ipso factū est nihil. Et si vis infirmitatē hoīs cognoscere: audi paulū aplm̄ docentē: In silitudinē hoīm fact⁹ ꝛ habitu inuētus vt hō: humiliauit seipm̄ fact⁹ obediēs vsq₃ ad mortē: mortē aūt crucis. Et iō q̄n a parte hūilitatis sue loquit̄: diuinitatis fragilitas nō putet̄: q₂ sic hūana extulit: vt nullaten⁹ diuina minuerit. Idē ē atq₃ vnus dn̄s christus orat̄: q₂ fili⁹ patris est. Orat: q₂ filius hoīs est. Inde creator: hinc creatus. Inde dn̄s: hinc seru⁹. Hinc mortalitatis nr̄e particeps: inde mortis ipsi⁹ interēptor. Hinc ē qd̄ p libros diuinos: aptissimis locis duas opationes suas sp ostēdit. Qd̄ si hoc deuotus lector fideli mēte seruaueris: oīa veraciter tibi ɔstare posse cognosces. Illud pterea debem⁹ agnoscere firmoq₃ aīo cōtinere: qd̄ oratio q̄n a dn̄o xp̄o fundit̄: institutio ē sancta fideliū: forma bonoꝝ: sincere hūilitatis exēplū: cū a subiectis agit̄: satisfactio delictorū: ɔfessio criminū: lauacra culparū. Ibi magisteriū est docētis: hic abolitio postulat̄ erroris. Nā sic innocens orauit: quēadmodū ꝛ crucē sine aliq̄ culpa sustinuit. Lazarū plorauit: vt nob ꝓximi ostēderet caritatē. Persecutores fugit: vt nob audaciā icōsulte temeritatis auferret. Hec em̄ ꝛ his silia ꝓuidus doctor effecit: quaten⁹ ꝛ veritatē sancte incarnatiōis ostēderet: ꝛ futuris manicheis ceterisq₃ talibus obuiaret. Dauid aūt: qd̄ positū est: dn̄m significat saluatorē: siue quia interptatio eius (vt sepe dictū est) manufortis ac desiderabilis habetur: siue q₂ ex eius generatiōe descēdit. Humanitate em̄ eius est fili⁹: diuinitate dn̄s ꝛ creator. Qd̄ si hoc gubernaculū imprudēs nauta reliqueris: in asperrimas cautes: nauim tue fidei sine dubitatione cōstringes. Et nota q̄m hic psalmus secūdus est: q̄ orationis titulo prenotatur.

Diuisio psalmi.

Per totū psalmū orat dn̄s xp̄s. In pma sectiōe dicens: q̄ ipsi tm̄ ꝓbabant̄ aptari. Scd̄a: ꝓ mēbris suis q̄rū ipse caput est hūili⁹ depcat̄. Tertia: ex sua iteꝝ psona reloquit̄: qd̄ ad eū specialit̄ intelligas ptinere. Sȝ hec oīa vn⁹ atq₃ idē de⁹ hō loquit̄ christus.

Expositio.

Inclina dn̄e aurē tuā ad me ꝛ exaudi me: qm̄† egenus et paup sū ego. Ex forma serui: sic pfati sum⁹: Christ⁹ oīpotenti supplicat pr̄i: vt ei⁹ exaudiat̄ oro. Nā qd̄ dicit: Inclina: ostendit q₂ se ad ipsum extendere nō poterat hūana conditio: nisi ipse suā maiestatē pijssim⁹ inclinaret. Aurē em̄ dicit: non istā corporeā: sed auditū illū spiritualē: quo potentiū vota cognoscit. Nā p Tropologiā talia de deo dici: frequēti expositiōe iā nota sunt. Exaudi autē me: significat vt mea desideria cōpleant̄: q̄ten⁹ resurrectiōe ego q̄s salu⁹ fiam: cui⁹ morte mundū cōstat esse saluādū. Dicēdo em̄: egenū se esse ꝛ pauperē: cōditionē quā susceperat hūanitatis ostēdit: que ex se nihil habere potest: nisi quod largitate diuinitatis acceperit. Audiāt egeni ꝛ pauperes: suosq₃ animos tali gloria cōsolent̄: q̄n rex dn̄s hoc de se dicit: qd̄ pusillanimes frequēter applicandū putant esse miserijs. Sed nec illos excludit: qui in diuitijs suis pura dn̄o mēte famulant̄. Egenus em̄ ꝛ paup dei est: quisquis meruerit mūdi istius puersitate vacuari. Custodi animā meā quoniā sanctus suȝ: saluū fac seruum tuuȝ deus meus sperantē in te. Potenter exequit̄ qui sit egenus ꝛ paup: scȝ dn̄s christ⁹: qui se veraciter sanctū d[...]: q₂ mūdi isti⁹ illecebras celestis vite cōuersatione calcauit. Audiant apollinariste habere animā dn̄m christū: ꝛ pfecti hominis sumpsisse naturā: q₂ nō poterat nō habere eam: ad quā specialiter ꝓbatus est venisse saluandam. Nemo em̄ li-

Al. inops

Sche

berat qđ de puasoris ptāte non eripit: ⁊ si nō sit apud defensorē qđ vindicat: captiuitatis suscepte cōditio pseuerat. Et respice: q̄ꝫ salutaris nobis forma ꝓposita est. Ille qui se veraciter dixerat esse sanctū: ⁊ a mūdi illecebris alienū: saluū se a diuinitate fieri deprecaꝛ: vt nos instrueret salutē nō eē in hūanis virib⁹ cōstitutā: sicut ⁊ ꝓpheta hieremias dicit: Maledict⁹ homo q̄ spem suā ponit in hoīe: ⁊ a deo recedit cor ei⁹. ⁊c.

Hiere. 17

Miserere mei dn̄e: qm̄ ad te clamaui tota die. Unus atq̄ idē de⁹ ⁊ homo christus iesus: miscdiā petit: qui misericordiā donat: docēs pseuerantia depcationis pietatē dn̄i modis oīmodis impetrādā: sicut ipse in euangelio docet: Bonū est orare ⁊ nō deficere. Audiāt hunc locū: q̄ penitētiā agere in vite sue termino praua voluntate desperāt: ⁊ se ad excusandas excusatiōes impia volūtate cōuertūt: cū in euāgelica lectione cognoscāt latroni affixo iā cruci momētanea celeritate subuētū. ⁊ cetera silia: que text⁹ scripture diuine ad spē nutriendā mortaliū mirabili benignitate ꝓcedit. Semp supplicare nos decet: qui frequēti culpa delinquim⁹. Inestimabile malū est: ipsos hoīes spē sibi saluberrimā tollere: cū diuina clemētia sine cessatione nos sibi iubeat supplicare. Petam⁹ hoc ⁊ etate florida: petam⁹ in iuuētute positi: petam⁹ ⁊ i occidua senectute pducti. Nūq̄ꝫ cessare debet ꝯ pcibus q̄ puniēda prauitate peccauit: ne dū tēpus supplicatiōis querim⁹: misericordiā dn̄i nobis tali psuasiōe tollam⁹. Nā cū dicit: Tota die: toti⁹ vite tēpus ostēditur: vt p multa tēpora annorūq̄ꝫ curricula quasi vni⁹ diei cōtinuus clamor esse mōstreꝛ. Magna siquidē voce ille clamat ad dn̄m: qui q̄uis lingua taceat: bonis tn̄ operibus pseuerāter exclamat. **Letifica animā serui tui: qm̄ ad te dn̄e leuaui animā meā.** Iocūdari petit animā suā fons hilaritatis ⁊ origo leticie: ab illa scilicet parte qua seru⁹ est. Seruū se eñ merito dixit: qm̄ ex virgine maria nat⁹ est: q̄ se ꝓfitetur ancillā. Nā dū ei angel⁹ ex ipsa nasciturū christū dn̄m nūciaret: illa respondit: Ecce ancilla dn̄i: fiat mihi scd̄m verbū tuū: sicut ⁊ in alio psalmo dicit: Ego seruus tuus ⁊ filius ancille tue. Letificari ergo petit

Luc. 18

Luce. 1
Ps̄. 115

animā suā: quia nō eā deorsum inclinauit ad terrā: sed leuauit semp ad dominū vbi est vera leticia: ⁊ sine fine securitas. Sic caput ecclesie referens gesta ꝓpria: mēbris ceteris donauit exēpla. **Quoniā tu domine suauis ac mitis es: ⁊ copiosus in misericordia omnib⁹ inuocātibus te.** Nō substantialiꝛ: qđ nulla potest creatura cōprehēdere: sed p quintā speciē definitiōis: que grece dicit Cata antilexin: pulcherrime nobis ostendit quid sit deus. Suauis: q̄ post amaritudinē huius mūdi dulcis est ad se recurrētib⁹. Mitis: q̄ diu sustinet peccatores. Copiosus i miscdia: q̄ licet sint nostra numerosa peccata: multo abūdātior est pietas: que tot relaxat offensas. Restat vt ei iugiter supplicem⁹: qm̄ eū audiuimus: omnib⁹ inuocantib⁹ se nō negare p̄sidiū. **Auribus pcipe dn̄e orationē meā: ⁊ intende voci depcationis mee.** Intueamur q̄ꝫ cōuenienter orationis isti⁹ ordo decurrat. Prius eñ fuit vt vox supplicationis ascēderet: ac deinde rogatus audiret. Percipe vero cū dicitur: nō aliquid trāsitorie postulaꝛ: sed in illi⁹ maiestatis finib⁹ mauult recondi: quēadmodū p aures ab homine memorie ꝓbatur infigi. Additū est: Intēde voci deprecationis mee: vt intētus anim⁹ aperiret auditū. Quod totū p allegoriā dicit: vt potentia diuinitatis p hūanas cōsuetudines intimetur. **In die tribulationis mee clamaui ad te: quoniam exaudisti me.** Cum superi⁹ dixerit: Clamaui ad te tota die: hic quoddā facere videtur magne petitionis augmentū: dicendo: In die tribulationis mee clamaui ad te. Nā licet a sanctis viris iugiter a dn̄o suppliceꝛ: in tēpore tn̄ tribulationis enixius petiꝛ: quādo subuenire necessarie postulaꝛ. Considerandus est aūt hic modus locutōis: qui in scripturis diuinis frequētissime reperiꝛ: vt iō se dicat clamasse: quoniā exaudita est: dū clamor p̄cedat vt deus possit audire. Que figura dicitur Anastrophe: id est: puersio: q̄ fit quotiēs aut sensus: aut verba ꝓ aliq̄ decore vertūtur. **Nō est silis tibi in diis dn̄e: ⁊ nō est scd̄m opera tua.** Magna laus breui definitione conclusa est. Dicendo enim: Non est similis tibi in

dij: idola significat paganorum: que adhuc in mũdo nefanda deuotione colebant: sicut et alibi dicit: Quoniã omnes dij gentium demonia. Pôt hoc et ad hoies aptari: qui dij vocati sunt. Sed inspice qz nõ dicitur quid sit deus: sed ei similis abnegat. Que species definitiõis grece dicit κατά αφαίρεσιν του ἐναντίου: latine p puantiã cõtrarij eius quod definit. Addidit quoqz: Et nõ est scdm opera tua: id est: similis. Et hoc quoqz coma: sub illa quã superius dixit definitione cõplexus est. Quis em vt ille fecit celũ terrãqz: vel oia que in eis sũt momẽtanea possit celeritate pficere: aut eorũ existẽtias cõtinere? **Omnes gentes quascũqz fecisti veniẽt et adorabũt corã te dñe: et honorificabunt nomen tuũ.** Cũ adhuc sola esset gens iudaica que vnũ deũ colere videbat: pdicat omnes gentes que idolis tenebant obnoxie ad cuturã eius esse venturas: qz patrẽ vere colit q honorat et dominũ christũ: errorẽ eorum oino destruens qui putãt p vniuersuz mundũ religionẽ dñi nõ esse diffusam. Dicendo em: Omnes gẽtes quascũqz fecisti: absolute pbat vniuersitatẽ: qz nulla gens existit: nisi quã ipe plasmauit. Sic et alibi dicit: Qui fecit celũ et terrã: mare et omnia que in eis sunt. Addidit quoqz. Et honorificabunt nomẽ tuũ. Cũ deo dicit: et honorificabũt nomẽ tuũ: figuraliter significat: honorabunt deuoti ex noie tuo: qz cultus hominũ nõ facit honorabilẽ deũ quẽ constat bonorũ oim pculdubio largitorẽ. **Quoniã magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.** Hymnũ deitatis quẽ superius inchoauit: istius versus finem cõclusit. Nã et diabolus magnũ se putauit: quãdo dixit: Ponam sedem meã ad aquilonẽ et ero similis altissimo: et supbi hodieqz cunctis se estimãt grandiores. Sed magnus dici vere nõ pôt nisi deus solus: cuius potestati nullatenus valet aliquid comparari: qui nulla mutabilitate puertit: sed semp in nature sue gloria pseuerat. Addidit. Et faciẽs mirabilia tu es deus solus. Cũ legamus et magos pharaonis miracula diuersa fecisse: hic dicit: quod ipse solus miracula possit efficere. Veriloquũ dictũ: si qualitatẽ rei verbi ipsius veritate pensemus. Illa em vere nequeũt dici miracula que ad nullam vtilitatẽ simulata deceptis oculis blandiunt. Solus em dictuz est: qz sancta trinitas vnus est deus: psonis tantũ distincta: nõ nature discretione sepata: sicut et alibi dictuz est: Audi israel dñs deus tuus dñs vnus est. Sic et esaias dicit: Quoniã iustus es: et nõ est deus pter te. **Deduc me domine in via tua: et ambulabo in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomẽ tuum.** Oratione decursa: et laude diuinitatis cõpetẽter impleta: venit ad secũdã sectionẽ in q pro mẽbris suis orat: vt eis dñs pfutura cõcedat. Dũ dicit: Deduc me dñe in via tua: adhuc ibi nõ fuisse monstrat: et hoc dño christo nõ potest cõuenire: cũ ipse dicat: Ego sum via veritas et vita. Sed hoc magis cõgruẽter accipitur a parte fideliũ: quorũ caput est dominus: qui nisi deducant in viaz: id est: in christũ: in veritate videlicet ambulare nõ possunt. Sequit. Letetur cor meũ vt timeat nomẽ tuũ. Quid sit timor dñi: mirabili ordine declarat. Nã in timore isto mundano pcedit prius causa periculi: aut alicuius angustie: in timore autẽ dñi pmittit leticia cordis: vt aliquis ad eius timoris dulcedinẽ venire mereat. Et reuera talez decet habere introitũ: quẽ ad salutez suã humanitas sentit indultũ. Hunc iudicẽ qui formidauerit reus est: illũ qui timuerit sanctus est. Et ideo vtraqz miscenda sunt: vt et sub spe timeamus: et sub timore letemur: sicut in alio psalmo legit: Seruite domino in timore: et exultate ei cũ tremore. **Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et honorificabo nomen tuũ in eternuz.** Hoc cõpetenter de omni dicitur christiano: qz illa est vera cõfessio: que toto pmitur mentis arcano: sicut et lex docet: Diliges dominũ deũ tuuz ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. Sz et ille ex toto corde confitetur: qui totã spem suã ponit in domino: nec in caduci seculi solacijs presumit cuz se ad dominũ vniuersa mentis integritate transtulerit. Naz quod addidit: In eternũ: illud significat: quoniaz inter sanctos eius laudes dño iugiter psonabit: dum in illa beatitudine pmia promissa receperit. **Qm misericordia**

Ps.5 — Ps.95 — Psal.95 — Esa.14 — Deut.6 — Al. ingrediar — Joh.14 — Ps.2 — Al. glorificabo — Deut.6 — Al. Quia

Al. eruisti

tua magna est super me: et eripuisti animā meā ex inferno inferiori. Et cōfessio laudis offertur: et misericordie causa subiungit. Dicendo enim: Quoniā magna est misericordia tua sup me: beneficium magnū nescio quod edicit. Subiungēdo autē: Eripuisti aīam meā ex inferno inferiori: causa beneficij declarat. Sed cōsideremus: qr cū dicat: infernū inferiorē: infernū demōstrat esse superi⁹. Argumēta talia in topicis dicunt cōiugata: que orta ab vno noie varie cōmutant: vt hic positū est: infernū inferi⁹. Infernū vero nō irrationabiliter forsitan arbitramur esse sub terris: cū in veteri testamēto de Dathan et Abyron legat: Aperuit se terra et deglutiuit eos: et viui descenderūt ad inferos. Sed quo itinere illuc aie transferant: qm in auctoritate diuina nō legit: habem⁹ incertū. Infernū aūt habere inferiorē partē: euāgelij loc⁹ ille testat: qui dicit: cū impiū diuitē vltrix flāma torqueret: leuasse oculos suos et in sinu abrae vidisse lazarū. Vn̄ apparet vtrosq3 apud inferos fuisse: vt se videre valuissent: et illū ex inferiore loco ad supiora oculos eleuasse. Sed licet vtriq3 apud inferos esse viderent: p meritorū tn̄ discretione superiorē locū sanctis: inferiorē peccatorib⁹: doctor augustin⁹ estimat deputandū. Unde nūc gratias agens fidelis pp̄ls: dicit animā suā ab inferno inferiore: id est: penali esse liberatā. Deus iniusti insurrexerūt sup me: et synagoga potentiū inquisierūt animā meā: et nō pposuerūt deū ante conspectū suū. Venit ad tertiā sectionē: vbi passionis sue mysteriū: et gloriā resurrectionis exponit. Loquit enim deus homo: ex forma serui p id qd̄ d̄ virgine natus est. Cū dicit: Iniustos: significat iudeos: qui ei reddiderūt mala p bonis. Qd̄ aūt ait: Sup me: vt reū sc3 dicerent innocentē: regēq3 suū plebs insana trucidaret. Synagoga vero potentiū: congregatio superborū est: que beluino fremitu et dolosa machinatione cōsilij iusticiam abijciētes: animā eius adimere quesierūt. Addidit quod sceleratis solet semp mentibus puenire. Quia non pposuerunt deū ante cōspectū suū. Nā quicūq3 facin⁹ ppetrat: deū ante cōspectū suū omnimodis nō

Top

Numeri. 16

Luce. 16

Al. iniqui

Al. q̄sierūt

Al. te in cōspectu tuo

pponit. Quoniā si illū credat p̄sentē: ptinus a cogitato facinore reuocat. Et tu dn̄e deus miserator et misericors: patiens et multū misericors et verax. Per singula verba laudis: maiestas paterna definit. Que species duodecima definitionis est: quā greci Cata epenon: latini p laudē dicūt. Miserator enim est: quia singulis rebus misericordiā facit. Misericors: qr semp pia est ipsa natura deitatis. Patiens: qr peccatores sustinet: et ad votū cōuersionis inuitat. Sequit. Et nimiū misericors. Quod ideo tale verbū adiecit: qr ībecillitas nostra ipam plus semp accipit: cū eam frequēti remissione pmeret. Intulit: Et verax: qr nescit pmissa sua aliqua ībecillitate subducere. Quod tn̄ d̄ patre sic dicit: vt totū inesse et in filio et in spiritusancto sentiam⁹. Respice in me et miserere mei: da potestatē puero tuo et saluū fac filiū ancille tue. Misericordem patrē et patientē et veracē a parte qua passus est fili⁹ rogat vt respiciat in eū: et celerrima illi resurrectiōe subueniat. Sic enim misert⁹ est vt in ipso illā naturā mortalē in gloriā resurrectiōis et eternitatis eueheret: qd̄ tamē sic a patre postulat fieri: vt a se factum esse declaret. In euāgelio quippe sic ait: Soluite templū hoc: et in triduo edificabo illud. Quod ne aliter potuisset intelligi: euāgelista subsequit. Hoc aūt dicebat de templo corporis sui. Sequit. Da potestatē puero tuo: illā sc3 quā ipse testat: Pater nō iudicat quēq3: sed omne iudiciū dedit filio. Puer aūt in scripturis sacris: pp̄ter innocentiā mentis sepe ponit christus: vt esaias dicit: Quoniā puer natus est nobis et filius datus est nobis. Et iterū. Ecce puer me⁹ suscipiā eum: electus me⁹ cōplacuit sibi in illo anima mea. Addidit. Et saluū fac filiū ancille tue. Ancille vtiq3: quia de maria semp virgine erat veraciter et proprie nascitur⁹: que sicut supius diximus: angelo sibi partū annūciante: dn̄i se pfitetur ancillā. Fac mecū domine signū in bono vt videat qui me oderūt et cōfundant: quoniā tu dn̄e adiuuisti me et consolatus es me. Signum dicitur ab eo: quod ventura significet: et ex hoc quod videtur quiddā nos aliud senti-

Al. mul[...]

Al. mp[...]

Io. 2

Io. 5

Esa. 9

Is. 42

Al. [...]

Al. [...]

re cõmoneat. Et ideo illum euentum ione possumus hic fortassis aduertere: q triduo in ventre ceti demorat⁹: ad similitudinem dñice resurrectionis est in littore salu⁹ euomitus. Nã ꝛ in euangelio ita dictũ est: Generatio mala ꝛ adultera signũ querit: ꝛ signũ nõ dabit ei: nisi signũ ione ꝓphete. Uides ergo aliud esse negatũ: sed hoc tantũmodo cõpromissũ. Possum⁹ ꝛ hoc signum qd fieri postulauit: ad resurrectionẽ ei⁹ cõpetenter aptare: maxime cũ sequat: In bono. Quid em̃ illo bono ꝑstanti⁹: quo virt⁹ diuina declarata: ꝛ spes credentiũ veraci pollitatõe firmata est: Sequit. Ut videãt qui me oderunt ꝛ cõfundant: iudei sc; qui oderũt christũ: quos petit resurrectiõis miraculũ videre: vt eorũ duricia se debeat immutare. Cõfundant em̃: ad bonũ respicit: quoniã qui hic de suo malo cõfunditur: in meliorẽ partẽ sine dubitatione trãffertur. In isto quippe seculo si cõfundimur / emendamur: qui aũt fuerint cõfusi in illa iudicatione / damnant. Adiecit. Quoniã tu dñe adiuuisti me: ꝛ cõsolatus es me. Hic ordo verborũ talis est: vt videãt qui me oderũt: qm̃ tu dñe adiuuisti me ꝛ consolat⁹ es me: ꝛ ꝯfundant sc; quãdo me viderint esse gloriosũ: quẽ illi despiciendũ esse putauerũt. Adiuuisti: ptinet ad ꝯtradictionẽ altercantiũ ꝛ ad iniusta certamina iudeorũ: in quibus illi semꝑ veritatis testimonio superabant. Consolat⁹ es: ad ꝑsecutiones seuissimas insanorũ: quas ille velut tẽpestatꝭ impetũ patiẽtissime sustinebat. Cõclusio.

Onsiderem⁹ dñi saluatoris a parte qua passus est ꝙ humilis ad patrẽ fundat oratio: qui omnimodis peccata nõ habuit: sed informãs imbecillitatẽ nostrã: eripi se ab huius seculi periculis postulauit. Quapropter erubescat humana temeritas esse supba: que se nõ dubitat reã. Christ⁹ ꝓ inimicis orauit: mortẽ patienter excepit: ꝛ nos iniurias nostras vlcisci volum⁹: si detrahentiũ sermonib⁹ appetamur. Det ipse patiẽtie munus: qui donauit exemplũ: vt ei⁹ vestigia sequẽtes mortiferos vitare valeam⁹ errores.

Explicit expõ in psalmũ. LXXXV

Incipit expõ in psalmũ. LXXXVI

Filijs chore psalm⁹ cantici.

Ropter memoriã reparandã breuiter cõmoneam⁹ que sepe iam dicta sunt: q2 pene in nullã vtilitatẽ putat esse narratũ quicqd fuerit in abolitionẽ transmissum. Filij chore: significant fideles christianos: quib⁹ ꝓpheta ciuitatẽ dei ꝑdicat: vt eis tante glorie maior augeatur affectus. Nã cũ dicit: Filijs chore: ostẽdit ipsis dicendũ: nõ ipsos esse locuturos. Sequitur. Psalm⁹ cantici: vt de hui⁹ seculi tabernaculis: ad intelligentiã superne ciuitatis eleuemur. Psalmus em̃ de superioribus sonans: cõmonet nos celestia cogitare: ꝛ in eis hymnica exultatione gaudere.

Diuisio psalmi.

Reuis quidẽ psalmus: sed duob⁹ diapsalmatibus cognoscit esse diuisus: quã nos ꝓpositi nostri memores suis quodãmodo diuisionẽ terminis explicamus. In prima parte: ꝓpheta loquit ad fideles: celestẽ predicans ciuitatem. Secũda: domin⁹ saluator eã diuersorũ nominũ allusione crediturã esse ꝓnũciat: increpans synagogã quare ipsa nõ cognouerit deum: dũ ei fides gentiũ deuota crediderit. Tertia parte: ꝓpheta vno versu futuri seculi beatitudinẽ tãgit: sic distincta ꝑmutatio ꝑsonarũ caliginẽ nobis cunctam ꝯfessionis abstergit.

Expositio psalmi.

Undamenta eius in montibus sanctis. Consuetudo hũane cogitatõis est: vt cũ se copiosa ꝑscrutatione collegerit: i aliquã partẽ sue deliberationis erũpat. Tale em̃ hui⁹ psalmi videtur initiũ: vt cũ adhuc ꝓpheta de ciuitate dei nulla ꝑmiserit: ita de fundamẽtis ei⁹ differere videat: quasi aliqua de culmine ipsi⁹ ante iam dixerit. Nouus ordo fact⁹ est laudis eximie: vt de fundamẽtis ciuitatis superne ꝓpheta sumere videret initiũ: quatenus magna soliditas toti⁹ culminis appareret: cui⁹ prius fundamẽta laudata sũt. Non immerito: quoniã fundamentũ eius christus est domin⁹: qui sic ecclesiã suã continet: vt nulla possit quassatione titubare: sicut dicit apostolus. Fundamentũ em̃ aliud nemo potest ponere ꝑter id quod positum est: quod est christus iesus. Merito ergo ab ipso sumpsit exordium: quem rerum

j. Cor. 3.

omniū ꝯstat esse ꝓncipiū. Josephꝰ ꝗ̄: sicut a quodā dictū est: vernaculus iudeoꝝ: in libro octauo antiquitatū: titulo tertio: multa de tēpli cōstructione locutꝰ est: qd a salomone fabricatū esse dinoscit. Nos eñ ⁊ tabernaculū qd eius imago ꝓmitus fuit ⁊ tēplū ipm fecimꝰ pingi: ⁊ in pandecte nostro corpore grandiore legimꝰ collocari: quatenus qd scripture diuine textus de ipis eloquit: oculis redditū clariꝰ pāderet. In mōtibus aūt sanctis: significat apostolos ⁊ ꝓphetas: q soliditate fidei: ⁊ excellentia sanctitatis montes vocant. Merito ꝗ tali vocabulo nūcupati sunt: in quibꝰ est vera dei ecclesia ꝯstituta. **Diligit dominꝰ portas syon: sup omnia tabernacula iacob.** Ecce iam de illa ciuitate loquit: cuius ante fundamēta laudauit. Que figura dicit Anastrophe: id est: inuersio: quotiēs ea que supius dicēda sunt: ponunt inferiꝰ. Dicit eñ: Diligit dñs portas syon. Syon: sicut sepe diximꝰ: mons est hierosolymitanus: interp̄tatus specula: p quē hierusalez illa futura decēter aduertit. Cuiꝰ portas diligit dñs: id est: fidē: caritatē: baptisma: pnitētiā: ⁊ quicqd in illā ciuitatē acquisitos ꝑplos intromittit. Siue vt quidā volūt: duodecim aplos significant: quoꝝ sancta ꝑdicatio fidelibꝰ eterni regis palacia reserauit. Studiose vero ꝑquirendū est qd addidit: Sup oīa tabernacula iacob. Tabernacula iacob: significāt ecclesiā catholicā: q modo cōstruit. Hec cōtra seculi huiꝰ aduersitates expeditionali semp exercitatōe confligit. Et qm ista: future illiꝰ hierusalē portat imaginē: vbi est beata vita: eterna felicitas: merito supra istam illa spūalis diligi dicit: in qua iā nihil cōfusionis: nihil pturbationis esse declarat. Et intuere qꝛ illa sic plus amari ꝑdicitur: vt ⁊ ista sine dubio diligi sentiat. **Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.** More suo futura ꝓ p̄teritis ponit. Nā ista ciuitas in scda parte: domini attestatione laudabit: de qua merito gloriosa dicta referunt que creatoris sui cognoscit voce ꝑdicanda **Memor ero raab ⁊ babylonis: †scientibus me. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ pplus ethiopū: hi fuerunt†in ea.** Scda pars p̄salmi huiꝰ velut quedā nubes aperit: de qua dñs tonās fidelibus recordatiōis sue munera pollicet: significās p allusiōes nominū eos de varijs gentibus colligēdos. Raab: meretrix fuit: q exploratores iesu naue ad hiericho veniētes occulte suscepit: ⁊ p aliā partē ne dep̄henderent emisit. Cuiꝰ vocabulū significat supbiā: que diuina largitate cōuersa dñi meruit impetrare clemētiā. Hec ergo figurā gestat ecclesie: que suscipiēs aīas supbie vitio periclitantes: alio itinere: id est: hūilitatis ⁊ patiētie dimittit ad vitā. Babylon ꝗ̄ ciuitas est mūdi: q cōfusio interp̄tat. Indicat eñ seculi istiꝰ populos: qui ꝓbrosis idolis cecatis mētibus seruiebāt: sed miscdia dñi illuminati facti sunt christiani. Hoc ꝗ dicit raab ⁊ babylonis se memorē: id est: mūdi istiꝰ ꝑplos: qui tñ ad eiꝰ se culturā humiliter transtulerūt. Sic phariseis supbientibꝰ in euāgelio ipse respōdit: Amē dico vobis qꝛ publicani et meretrices ꝑcedent vos in regnū celorum. Sequit. Ecce alienigene ⁊ tyrꝰ ⁊ ꝑpls ethiopū hi fuerūt in ea. In sensu eodē pseuerat. Alienigene sūt a iudaico ꝑplo quidē extranei: sed illis nō credētibus in penetralia ecclesie sunt recepti: sicut in actibꝰ aploꝝ dicit: Vobis quidē oportebat loqui verbuz dei: sed qꝛ repulistis illud ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Tyrus significat angustiā: que de penitentiū afflictione ꝓcreat. Ppls ethiopū qui peccatoꝝ fuerāt obscuritate teterrimi: sed in ista dñi ciuitate collecti sunt: de quibꝰ refulgentiū sanctoꝝ numerꝰ in illa patria cōpleat. Ecce ipsa sunt q p̄dixit versus ille supior: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Nā quid gloriosiꝰ ꝗ̄ vt tanta feditas ꝓus errantiū ꝑploꝝ in vnā sancte ciuitatis pulchritudinē cōueniret? Et memēto qd genus istud locutionis scripture diuine ꝓpriū esse iā diximus: scz vt p nominū interp̄tationes volūtas possit intelligi dictōis. **†Mater syon dicet homo: ⁊ homo†factus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimꝰ.** Ecclesie catholice matrē synagogā forsitan hoc loco nō incōuenienter aduertimꝰ: quā p syon montem frequēter intelligendū esse iaz diximꝰ: que ex maxima parte ꝑploꝝ solū hoiez dicebat dñm saluatorē: qꝛ deū nec credere nec intel

Sche

Rp̄

Al. scientiū

Al. illic

ligere merebat. Et hic figenda est media: qm̄ illud qd̓ sequit̄: sensum alterū videlicet intromittit. Sequit̄ quippe: Et hō fact⁹ est in ea: qd̓ iā ꝯfirmatiue legendū est. Nō em̄ hic sic dicit hoiem factū: sicut supius synagoga dixit. Illa em̄ errādo solū hoiem putauit: nunc aūt dn̄s de se cōfirmat diffiniua sentētia. Et hō fact⁹ est in ea: qm̄ reuera assūpta carne de⁹ fact⁹ ē homo: sicut ⁊ euāgelista dicit: Uerbū caro factū est: id est: filius dei factus est homo: non vt diuinitati aliqd iminueret: sed vt hūanitatis naturā quā liberare ꝑdestinauerat dignant̄ eueheret. Et nc forsitan dn̄m christū crederes tēporalē: addidit: Et ipse fundauit eā altissimus. Ille sc3 q̄ tm̄ putabatur homo iesus christus: synagogā ipse sua dispositiōe fundauit. Et nō solū legē p moysen dedit: verūetiā ante mūdi initiū ip̄e noscit̄ fuisse pn̄cipiū: sicut ipse in euāgelio testat̄: Ego sū principiū: ꝑpter qd̓ ⁊ loquor vobis. Merito ꝙ dict⁹ est altissimus: vt nulla heresis patrē diceret esse maiorē. **Dn̄s narrauit scripturas populoꝝ ⁊ principū: horū qui fuerūt in ea.** Illa ꝓnunciat ꝙ sit ipse tēpore incarnatiōis de scripturarū veterū cōmemoratione dictur⁹. Cōmonet em̄ frequēter in euāgelio: ꝙ de ipso ꝓdixerit moyses: quę ꝓphetę: vt ⁊ minus credētes instrueret: ⁊ se earū auctorē esse monstraret. Ipsi sunt em̄ pn̄cipes: moyses ⁊ ꝓphetę: qui fuerunt in synagoga: quoꝝ erat testimoniū narratur⁹. Et ne alios pn̄cipes fortassis aduerteres: dicit: Horū qui fuer̄t in ea: id est: in synagoga. **Sicut letantiū omniū nostrū: habitatio est in te.** Uenit ad tertiā partē: i qua iteꝝ ꝓpheta loquit̄: quā in vno versu ⁊ cepit ⁊ finit: breuiter cōprehendēs qd̓ sermonib⁹ ꝗuis lōgis nō poterat explicari. Que figura dicitur Brachyologia: id est: breuis locutio: cū plura paucis amplectimur. Uis em̄ audire: ꝗ̄ sit incōprehēsibilis illa leticia: dicit ap̄lus: Qd̓ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit: ꝙ ꝑparauit de⁹ diligētibus se. Quaproꝑt pulchre hic dictū est: Sicut letantiū: qꝛ nō erit ipsa leticia qualis hic agit̄: vt mō filioꝝ suscептione letemur: mō diuitiarū ⁊ honorū munere gaudeam⁹. ⁊ cetera que exultationē faciunt: qñ magnis nisib⁹ tēporaliter acquirūtur. Sed illud tāto est maius: vt isti⁹ mūdi ꝗuis plenissimū gaudium vix aliq̄ imago aut silitudo futuri seculi esse dicatur. Addidit: Omniū nostrū habitatio est in te. Omniū nostrū: significat fideles: qui dn̄m christū aut venturū aut venisse crediderūt. Habitatio est in te: ad hierusalē loquit̄: cui superi⁹ dixit: Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Sed in hac habitatiōe iustorū cessauit afflictio: Orare trāsit: sed laudare succedit. Perpetua securitas manet: qꝛ peruersitas nulla miscet̄. Eterna leticia perseuerat: qm̄ nequaquā cōtrarietate aliqua constat esse violandam.

Cōclusio psalmi.

Laudata ē demōstratiuo genere ciuitas illa fideliū: nō tēporalib⁹ bonis: sed eterna felicitate mirabilis. De qua pauca visa sunt dici: ⁊ tm̄ omnium animi ꝓbant̄ stupore cōpleti. Hec siquidē laus nō extendit̄ argumētatione verborū: nec hūana crescit industria: sed magna potius breuitate cōstringit̄: vt vel aliqd exinde capi posse videat̄. Beat⁹ nimis qui illuc dn̄o ducente ꝑuenerit: vbi cogitatio cūcta vincit̄: quelibet desideria supant̄: ⁊ qd̓ est dulcissime securitatis gen⁹: talis ibi felicitas accipit̄ que nulla ꝯtrarietate pdat̄. Presta dn̄e: vt qd̓ hic verbis explicare nō possumus: ibi te donāte cernam⁹. Ista ꝙ̄ hierusalē: ꝙ adhuc in terris est: ⁊ typū gerit illi⁹ celestis arcani: in secūda diuisione laudata est: merito vbi est tantarū rerū domiciliū visuale virtutū. Ibi em̄ piscinā natatoriā in figura sacri baptismatis vt curaret infirmos descendēs angel⁹ cōmouebat. Ibi siloa imperāte dn̄o: ceci tenebras lauit: ⁊ dānatis oculis lucis dona restituit. Ibi mēsa christi celestib⁹ plena delitijs sp̄ūaliter saturabat ap̄los: ⁊ ne nos ab illa cena relinqueremur impasti: sacer calix ⁊ cōmunicationē nobis ꝓstitit ⁊ salutē. Ibi lapis durissim⁹: vestigia pij redēptoris ostēdit: qñ ante pilatū iudicē ꝯstitit audiēdus. Ibi colūna religati in se dn̄i flagella testat̄. Ibi spinea corona cernit̄: quā ideo salutari dn̄o cōstat impositā: vt toti⁹ mundi aculei collecti frangerent̄. Ibi arūdo seruat̄: que caput dn̄i pcussit: vt ip̄m esse initiū rerum terris oībus nūciaret. Ibi crux illa salutis ⁊ glo-

rie loci reuerētiā ꝯsecrauit. Ibi manet lancea que latꝰ dñi transforauit: vt nobis illiꝰ medicina succurreret. Ibi credētes hodie ipsiꝰ sepulchra viuificāt. Ibi resurrectiōis locus ad celos euehit corda fideliū. Ibi syon ille montiū ꝑcipuus: vbi residētibꝰ discipulis in cenaculo clausis ianuis mirabilit̄ saluator itrauit: ꝛ cetera q̄ diues illa patria dñi passiōe ꝓmeruit. Sꝫ cū tot miracul̄ decora resplēdeat: ꝛ i modū stellaꝝ alteꝝ possideat celū: quis eā audeat paruā dicere: q̄ sanctissima fide orbis terminos ꝓbat̄ iplesse? Ibi siquidē humanū pascit aspectū: qḋ est credere beatorū.

Explicit expō in psalmū. LXXXVI

Incipit expō in psalmū. LXXXVII

Cāticuꝫ psalmi filiis chore: in finē ꝑ melech: ad respōdendū intellectus eman israelite.

CUm memoriā tuā studiosissime lector frequēti expositōe formatā retinere nō ambigā: quid significat cāticū psalmi: filiis chore: in finē: restat vt q̄ noua sūt huiꝰ tituli sequētia ꝑscrutemur. Melech: interꝑtat̄ chorus: diuina ꝟba decantās. Subiecit: Ad respondēdū: significās organa musica ꝯuenisse: ꝛ chorū respōdisse solēnit̄. Sequit̄. Intellectꝰ eman israelite. Eman interꝑtat̄ frater eiꝰ. Quo vocabulo dñs xp̄s appellat eos q̄ eius ꝑceptis opibusq̧ deuoti sunt: sicut ait in euāgelio: Ite dicite fratribꝰ meis. Israelite: deū videntes: qḋ vtiq̧ illis accidere manifestuꝫ ē: qui ꝑ obediētie mysteriū sancta dñi luce radiant̄. Sꝫ cū de passione regis xp̄i sit psalmus iste dicturꝰ: ꝛ ad imitationis exēpluꝫ trahat fidelissimos xp̄ianos: ideo ꝑmissus est chorꝰ ad rn̄dendū: vt sicut illi ex multis vocibꝰ vnū cōcentū faciūt: sic xp̄o dño respondeat deuotoꝝ adunata collectio. Hi sunt etiā israelite: q̄ eiꝰ fratres nūcupari celesti largitate meruerūt. Diuisio.

PEr totū psalmū: dñs saluator eloq̄tur ad dispensationē q̄ passus est. In ꝑma narratōe patris deprecat̄ auxiliū: ꝑ similitudines varias ꝯtemptū suū refert: quē illi illaturꝰ erat ꝑplus iudeorum. Secūda: q̄ sit passurus enumerat: asserēs mortuos nō esse a medicis suscitandos: vt possint dño ꝯfiteri. Tertia narratione: negat misericordiam dñi sepultos edicere: aut ꝑditos laudes dñi ꝑsonare: ꝓpterea resurrectionē sibi celerrimaꝫ venire deprecat̄. In orationis sue vero tramite ꝑseuerās: loquitur a parte mēbroꝝ diuersas cōmemorans passiones: quas tā ipse ꝑtulit q̄ eiꝰ plebs deuota sustinuit. Expositio psalmi.

DOmine deꝰ salutis mee: in die clamaui ꝛ nocte corā te. In octuagesimoq̄nto psalmo dixim⁹ orasse xp̄m: ꝑ id qḋ de maria virgine natꝰ est: designās hūilitatē imbecillitatis hūane quaꝫ est dignatꝰ assumere. Qui filiū nō etiā hic cū patrē ꝑcat̄: nobis queadmodū supplicare debeamꝰ ostendit. Nā qui salutis sue deū ꝓfitet̄ auctorē: oīa que oportuerāt dici plenissime ac breuit̄ explicauit. Sic magister optimꝰ frequēter admonere nō desinit: qḋ hūano nouit generi ꝓfuturū. In die aūt: leticiā significat: ꝛ nocte aduersitatē declarat: vt qm̄ vtrūq̧ tēpus humanā vitā cōplectit̄: iugiter se ad dñm clamasse declararet. Intret oratio mea in ꝯspectu tuo: inclina aurē tuā ad precē meā† dñe. Magna virtꝰ hic sincerissime orationis ostēdit̄: vt verba veracia nō in auras tenues dissipent̄: sed q̄si q̄daꝫ ꝑsona ad cōspectū dñi introire videant̄: et mandatū opus agere: quo caro nr̄a nō valet ꝑuenire. Inclinat aūt aurē suā dñs: cū misericors dignat̄ audire: nō ex parte corpulētie sue quā eū frequēter diximꝰ nō habere: sed virtutis sue operatione mirabili.

Quia repleta est malis aīa mea: ꝛ vita mea inferno † appropiauit. Considerandū est: qḋ nouo mō ideo se postulat audiri: qm̄ animā suā malis dicit eē cōpletā. Malis vtiq̧ nō suis: q̄ pctā nō habuit: sed delictis mūdi quibꝰ laborabat humanitas. Hec eīm piꝰ miserator ad aīe sue molestiā traxerat: dū omnibꝰ ꝯdolebat: sic et in. xxxiiii. psalmo dixit: Retribuebant mihi mala ꝓ bonis: sterilitatē anime mee: nō q̄ ipse sterilis erat: ꝫ q̄ de illoꝝ icredulitate se ꝓhibebat esse ieiunū. Potest ꝛ ad huiꝰ ꝓpriā tristiciā trahi: si hoc verbū ad illas iniquitates referas: quas ei iudaicus ꝑplus inferebat. Sequit̄. Et vita mea inferno appropiauit. Hoc ad tēpus gloriose ꝑtinet passionis: sicut in euangelio dicit: Tri-

Rp̄

Rp̄

Matth. 28

stis est aia mea vsqȝ ad mortē. Naȝ ꝓpter nos doluit: ꝛ mortē nostrā ꝓpter nos excepit. **Estimat⁹ sum cū descendentibus in lacū: fact⁹ sū sicut homo sine adiutorio.** Culpat eos: qui putabāt eū mortuū fuisse cōmunit. Que figura dicit Parabola: id est: rerū genere dissimiliū cōparatio. Multū em̄ discrepās fuit illam singularē ꝛ mirabilē passionē morietib⁹ reliquis hoibus cōparare. Qd schema multos versus inferiores amplectit. Lacū em̄ dixit: vel sepulchri locū: vel inferni altissimā ꝓfunditatē. Sequit. Fact⁹ sū sicut homo sine adiutorio. Fact⁹ suȝ: apud eos scȝ qui deitatē eius insanis mentib⁹ nō credebant: qui putabāt eū cum reliquis mortalibus interisse. **Inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiētes† pie cti in†monumētis quorū nō†meministi ampli⁹: ꝛ ipi de manu tua†expulsi sunt.** Hic specialit designat psonā suā. Solus em̄ inter mortuos liber fuit: q ipsa ꝙ mortis claustra cōfregit. Ipsi⁹ eniȝ tm̄ mors libera: qꝛ ꝛ volūtaria fuit: q ptātē habebat ponēdi animā suā: ꝛ iterū sumēdi eam. Sed cū ille esset inter mortuos liber: estimat⁹ est tn̄ a demētibus: sicut vulnerati dormiētes. Vere aūt dict⁹ est dn̄s liber: qui hūanū gen⁹ liberare dignatus est. Adhuc em̄ de illis vanissimis dicit: qui putabant dn̄m lancea vulneratū: occisum parit ꝛ sepultū: sic quasi vnū ex hoibus scelerat generali cōditione trāsisse. Sed ad discretionē suā addidit: Quoꝝ n̄ meministi amplius: id est: de quibus nō habes curā: qm̄ pctis faciētib⁹ a te reddunt alieni. Qd etiam in alio psalmo de ipis dicit: Perijt memoria eorū cuȝ sonitu. Addidit: Et ipsi de manu tua expulsi sunt. Iusta reddit pena ꝓteruie: vt qui dn̄m christū sine adiutorio diuinitatis esse putauerūt: ipi a manu dn̄i ꝓbarent expulsi: dū a gubernatione eius pctis faciētib⁹ reddebant extorres. **Posuerūt me in lacu inferiori: in†tenebris ꝛ in vmbra mortis.** Adhuc estimationes referunt dementiū iudeoꝝ. Lacus em̄: ꝛ p inferno ponit: ꝛ p sepultura foueali: ꝛ p mūdi istius ꝓfundissima calamitate sentit. Quod hic voluit intelligi: quia eū psecutores sui in abiectā mortis cōditionē posuerūt: vt quis iniuste ꝓbarēt mortuū nō crederēt vindicandū. In tenebris: id est: sub obliuiōis cecitate derelictū atqȝ ꝑteritū: quē nemo requireret: nemo saluaret. In vmbra mortis: pctōꝝ indicat locū: qꝛ mors delinquētiū vmbrosos ac tenebrosos patit manes: dū eis gaudiū nō relucet qui ꝑpetua tristicie sue obscuritate demersi sunt. Umbra vero ponit: ꝛ in bono: vt ē illud: Sub vmbra alarū tuarum. Et alibi: Viuem⁹ in vmbra ei⁹. Et ideo ꝓ locoꝝ q̄litate: verbū hoc multifaria significatiōe variat. **†In me cōfirmata est ira tua: ꝛ oēs elationes tuas sup me induxisti.** Sic putabāt illi q in suā pniciē poti⁹ ꝑualere pmissi sunt: qꝛ p irā dei iesus xp̄us ad passionis pericula puenisset: sicut euangelista dixisse infidelē ꝑplum refert: Eripiat eū si vult. Sequit. Et oēs elationes tuas sup me induxisti. Hoc adhuc dicit quātum ad deliberationē ptinuit nefariā iudeorū. Credebāt em̄ de⁹ induxisse sup xp̄m elationes: id est: amplissimas indignatiōes: qn̄ eū ptulit crucifigi: mortē illā putātes penalem: cū dispensatiōis eius gloriā nō viderent. **Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationē sibi. Tradit⁹ suȝ ꝛ nō egrediebar.** Venit ad secundā narrationē: in qua p augmentū molestiarū: actū sue memorat passionis. Nā cū superi⁹ dixerit psecutorū suorū nefandissimū cōtemptū: nūc dicit fugatorū: significās aplos. Notos em̄ ipsos appellat: qui eū pspicuis sensib⁹ ꝯspicere meruerūt. Ille em̄ oēs notos habuit virtute diuinitatis sue: ipse aūt sciebat a paucis. Isti ꝙ noti longe facti sunt: qn̄ ipsi⁹ passione dispersi sunt: sicut legit: Percutiā pastorē: ꝛ dispergent oues gregis. In abominationē vero tunc posit⁹ est: qn̄ ꝑtereūtes scribe ꝛ pharisei crucifixo imputabāt dicētes: Vah q destruit tēplū: ꝛ in triduū edificat illud. ꝛc. Sequit. Tradit⁹ sum: ꝛ nō egrediebar. Mirabilis subtilisqȝ sentētia. Traditus est a iuda cohortib⁹ insanoꝝ: sed se pmittēte detent⁹. Sustinuit infirmas potētissimus dn̄s. Ligat⁹ est vinculis: q loco nō pōt claudi. Audiuit execrandas iniurias: quē angeli cū tremore collaudāt. Verūtn̄ nō est egressus ð illa nube corporis sui: nec

Ps.16
Thren.4
Al. Sup me cōfirmat⁹ est furor tu⁹: et omnes fluct⁹ tuos induxisti sup me
Matth.27
Zach.13
Matth.27

apparere voluit quid posset: qui totum pertulit quod crudelitas iudaice prauitatis ingessit. Non est enim egressus quando minime quod preualeret ostendit. Siue de custodia dicit: in qua eum ponti[us] pilat[us] quasi hominem retrusit inualidum.

Al'.languerunt

Oculi mei† infirmati sunt: pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expandi manus meas ad te. Cum oculos corporales christi domini nusquam infirmatos fuisse legerimus: multo magis nec interiores eius egrotasse putandi sunt: qui semper sanctitate micuerunt: Restat ut oculos christi apostolos intelligere debeamus: qui in corpore eius: id est: in ecclesia tanquam oculi celesti lumine viguerunt. Hi tamen infirmati sunt pre inopia: quia nec dum acceperant spiritumsanctum: quo confortati postea nullatenus humana tormenta timuerunt.

ET

Inopia enim dicitur econtrario: ubi nulla copia est. Additum est: Clamaui ad te domine tota die. Hic distinctio ponenda est: ut ista continuatio totius diei: ad clamorem: id est: orationem: et bonorum actuum operam debeat pertinere. Expandi manus meas ad te: more suo operas mauult intelligi: quas bonis semper actibus tetendit ad dominum. Nam si hoc cruci: ut quidam volunt: putauerimus esse iungendum: que sequuntur omnimodis discrepabunt. **Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici† resuscitabunt et confitebuntur tibi.**

Al'.suscitabunt

Hoc sub negatione legendum est: Sed perscrutandum: quid dicit: Mortuis non facies mirabilia: dum constat resuscitatos innumeros: Sed mortuis: id est: non credentibus mirabilia nequaquam fecit: dum eos ad conuersionem perducere non potuit infidelitas sua. Mirabilia enim illis fiunt: qui magnalia domini sub credulitate conspiciunt. Sequitur. Aut medici resuscitabunt et confitebuntur tibi. Et hoc dicitur negatiue: quia medici quos credit humanitas artis beneficio salutem dare languentibus: mortuos resuscitare non possunt: ut domino debeant confiteri: quamuis sine dei munere nec ipsam corpoream preualeant egris tribuere sospitatem. Siue hoc magis subtilius intelligendum est: quia medici dum corporibus adhibeant curam: animas tamen peccatis mortuas resuscitare non preualent: ut confessione verissima viuificent: quos infidelitatis sue vulnera perculerunt. **Nunquid† enarrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: †aut veritatem tuam in perditione:**

Al'.narrabit

Al'.et

Uenit ad tertiam narrationem: ubi per istum versum et alterum qui sequitur: figuram Emphasim ponit: cuius illa pars hic intelligenda est: que aduerti facit: id quod non dicit. Ait enim: Nunquid enarrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: Hoc negatiue legendum est: ut illud possit intelligi: quia viui homines et fideles misericordiam eius narrare consueuerunt. Sepulchrum enim: significat infidelium mentes: de quibus supra dictum est: Sepulchrum patens est guttur eorum. Et merito sepulchrum dicitur: ubi anima peccatis mortua continetur: id est: illos vult intelligi: qui non sunt domino credituri: quia nullus eis misericordiam domini videtur narrasse: quam non voluerunt deuota mente percipere. Illic enim peruenisse dicimus actum: ubi aliquem audiens prestat affectum. Tale est et illud quod sequitur: Aut veritatem tuam in perditionem: quia nemo putatur veritatem dixisse: quam videt negligens preterire. Perditio quippe iuste vocata est: ubi veritas non admittitur: sed sola obstinatio custoditur. **Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: †aut iusticia tua in terra obliuionis.** Sub eodem ordine variatis sermonibus cuncta descendunt: ut negando que non sunt: econtrario sentiantur illa que sunt. Nam mirabilia domini a tenebrosis mentibus non videntur: quia pretermittentes deum sapientie lumina perdiderunt. Nec iusticia eius potest in terrena obliuione cognosci: id est: in corporis crassissima cecitate: que spiritualia monita deserit: dum eius desideria carnalibus vitiis occupantur. Memento vero quod hec omnia ideo dicta sunt: ne in inferno eius anima relinqueretur: sed ei celerrima resurrectio proueniret: quatenus laus domini per beneficia eius posset agnosci.

Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniat te. Contra illa que superius dicta sunt: dominus christus cum fidelibus suis per id quod resurrecturus erat: clamare se dicit ad dominum: enumerans tribulationum diuersarum gloriosissimas qualitates: ut talibus institutis commoniti: firmarentur populi utique christiani. Dicendo enim: Et ego: significat cum membris suis se clamasse: quorum ipse caput est christus. Nam quando ipse clamat et ecclesiam docet: quando cum fidelibus orat: unum corpus ostendit. Memento quod usque ad finem psalmi: varias calamitates enumerat: quas in martyribus suis ipse sustinuit. Ubi Synatrismos figuram

arbitror apponendā: qm̄ multe res in vnuz & multa picula colligūt. Sequit. Et mane oratio mea preueniet te. Sollicite verba ista tractanda sunt: ne regule illi veracissime: qd dn̄i gratia cuncta preueniat aliquid videatur esse cōtrariū. Orationē suā: corpus ecclesie: que mane: id est: bonis delucidatur operib⁹: preuenire scd̄m aduentuz dn̄i dicit: hoc est: diē iudicij: que tn̄ oratio dn̄o pstante donata est. Merito ergo dictū est preuenisse orationē suā: qm̄ ante multa secula sub assiduitate petebat: qd adhuc expectam⁹ esse venturū. Ueniet em̄ ille tēpore cōpetenti: sed nostrū desideriū flagrantib⁹ petitionibus oportet ostēdi. Nō em̄ nos suos eē diiudicat: si nō votis maximis a nobis expetitus adueniat. Sz cū de ipso clarissime dicat: ipse ex sua psona istud nō pōt loqui: nisi hoc dictū a mēbris ecclesie velim⁹ aduertere. **Ut quid dn̄e †repulisti orationē meā: †auertisti faciē tuaz a me?** Hic de se desideriū sanctissime mētis exprimitur: q2 impatiēter sustinebat differri: vn̄ mūdus poterat iure saluari. Repellere em̄ putat petitionē nostrā: & auertere faciē suā dn̄s: qm̄ vota nostra distulerit: & quāuis ille pfutura faciat: nos tn̄ grauiter dilata ptristant. Sed & hoc cōgruēter a psona martyrū dicit: qui talib⁹ desiderijs in hoc mūdo fatigant. Differunt em̄ ad augmentū suū: pcrastinant ad gloriā: q2 nō tm̄ pdest audiri: quātū expedit p muneris augmētatione differri. Sic ignis flatu venti repellit: vt viuacius animet. **†Egens suz ego & in laborib⁹ a iuuētute mea: exaltatus aūt hūiliat⁹ sum & †cōfusus.** Hoc merito dicit ecclesia: q in egestate mūdi: & in laborib⁹ a sua iuuentute fatigat: sic in alio psalmo legit: Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. Hec crescit psecutōib⁹: pssura tēpo2 subleuat: hūilitate semp extollit. Cui⁹ longior etas nō est debilis lassitudo: sed matura pfectio. Sequit. Exaltatus aūt hūiliatus sū & cōfusus. Hoc specialiter mēbris pbat cōuenire: nō capiti. Exaltat⁹ dicit: qm̄ prius vnusqsq fideliū res hūanas tumido corde cogitabat. Hūiliat⁹ sum: qm̄ ad pfessiōis medicabile donū diuina gratia miserāte puenit. Cōfusus: qm̄ illa que male gesserat: penitētie pfessiōe dānauit. O beata pfusio: que eternum tollis opprobriū. Nā quicqd in reatū venerit penitentiū: ppetuis seculis reddit absolutū. **In me †ptransierunt ire tue: & terrores tui cōturbauerūt me.** Pulchre dictū est: Pertrāsierūt: qsi nō māsure diutius cōtigerūt. Nā qm̄ fidelis se affligit: irā dn̄i castigat⁹ euadit. In me aūt dicēdo: afflictionē fideliū: more suo illatā sibi esse testat. Sequit. Et terrores tui cōturbauerūt me. Terrores vtiq venturi iudicij: qs omnis caro peccatrix formidare dinoscit. Qd idem solis mēbris cōuenire manifestū est. **†Circuierūt me sic aqua tota die: circūdederūt me simul.** Delicta vtiq que legis districtione damnant: hec velut aqua hoies circueunt: qm̄ vndiq scaturire noscunt. Ex quo em̄ latere nō credam⁹ venire pctā: q nec momentis horarū a nobis reddunt aliena? Merito ergo aquis cōparata sunt: que nos copiosissima inundatione cōcludūt. Quod apte totum accipit a parte membrorum. **Elongasti a me amicū & pximuz: & notos meos a miseria.** Hec frequēter pijs martyrib⁹ cōtigerūt: a quib⁹ terrore mortis officia hūana subtracta sūt. Amicos em̄ significat: q honestis studijs morū vicinitate coniuncti sūt. Proximos: q nobis parētele ordine sociant. Notos: qui neq amici neq pximi sunt: sed sola nos opinione vel visione dicerūt. Que genera hoim frequēter lōge fecit a fidelibus seruis formidata calamitas passionis.

Cōclusio psalmi.

Ipse chor⁹ est xp̄i: quē pmissus titulus p melech nois interptatiōe pcinuit: qm̄ fidelis pp̄s eius secutus sanctissimā passionē gloriosa nimis imitatione respōdit. Hinc em̄ confessores tenuit carcer inclusos: hinc martyruz purpura et bysso pciosior sanguis emanauit: hinc apostolo2 p totū orbē dicta tonuerūt: hinc tāq sol purissimus fides sancta pcessit: hinc ad tēporales mortes hodieq concurrit: vt eterne vite pmia cōquirant. Quapropter nullus pauescat miserias que faciunt beatos: Nullus tormēta formidet que donāt ppetuā sospitatē: Nullus timeat tristiciaz que gaudiū tribuit sempiternū. Quantuz est em̄ tēporaliter mori: vt ppetua vita pos

Al. trāsierūt

Al. Circūdederunt

sit acq̄ri? Quātū hūanā sustinere sentētiā vt absolutōez mereamur ipetrare diuinā? Quis aūt erubescat penas q̄s xp̄s dn̄s p̄ferre dignat⁹ est? Quis putet opprobrium qd̄ elegit creator sustinere cunctorū? Quocirca p eo subeam⁹ mūdanā calamitatē: si cū eo habere pennē volumus portionē.

Explicit expō in psalmū. LXXXVII
Incipit expō in psalmū. LXXXVIII

Intellectus ethan israelite.

Non tā p̄m ordinē tituli: q̄ ad ꝯmoditatē intelligētię exponenda sunt verba q̄ posuit: vt facili⁹ nobis rei veritas elucescat. Ethan iterp̄tat robust⁹. Israelita: vidēs deū. Et q̄r psalm⁹ iste erat laudes ꝛ p̄missiones dn̄i narratur⁹: iō illi tale nomē cōstat appositū: vt fideliū verborū indicaret incōmutabilē firmitatē. Intellectus eñ: vt sepe dixim⁹: ad sup̄na referendus est: vbi reuera recte itelligēs tēdit mētis intuitū. Est eñ de christianorum spe: ꝛ de magnificētia dn̄i multa dictur⁹: p q̄ nemo decipit si supplicāti anim⁹ in isti⁹ ethan cōstantissima voluntate roboretur.

Ethan iste quē dixi- Diuisio.
mus indicare robustū: tāta mētis illuminatiōe cōpletus est: vt israelita verissime nūcupet. Primo igressu psalmi: dicit se miscd̄ias dn̄i cātaturū: q̄m multa p̄misit fideli ppl'o p̄futura. Scd̄a parte: diuersis modis laudes dn̄i potentiāq; describit. Tertia: in xp̄m dn̄m paternas pollicitatiōes enumerat. Quarta: dn̄s xp̄us p̄pter passionē quā ptulit tradit⁹ inimicis esse memorat. Quinta: fragilitati hūanę postulat subueniri: q̄r nō inuanū filios hoīm ab ipso asserit eē plasmatos. Sexta: rogat dn̄m vt p̄missiōes suas impleat q̄s dauid seruo suo fecisse declarat: ꝛ memor sit qualia serui ei⁹ ab impijs opprobria sustinebāt.

Misericordias Expositio.
tuas† dn̄e: in eternū cātabo. In generatione ꝛ† p̄genie p̄nūciabo veritatē tuā in ore meo. Iure robust⁹ dicit q̄ tam firma dictur⁹ est. Iste eñ ethan dn̄i est miscd̄ias cātaturus: q̄ ꝛ eterna semp stabilitate ꝯsistūt: ꝛ ppetuis sunt celebrādę p̄conijs. Fecit eñ mirabilē in hūano genere pietatē: vt qd̄ perierat reqreret: ꝛ vulnerata saluaret. In gnātiōe vero ꝛ p̄genie qd̄ addidit: duos significat ppl'os: iudaicū scz ꝛ gentiū: quib⁹ se veritatē p̄nūciaturū esse testat: quā dicit inferi⁹. Sequit. Et veritatē tuā in ore meo. Reuera: vt quā sensu pceperat: ore loqueret. Et bn̄ dictū est: In ore meo: q̄r qd̄ ex ore p̄greditur cito dilabit: qd̄ vero in ore versat diutina deuotiue celebrat. Qm̄ dixisti in eternū miscd̄ia edificabit: in celis p̄parabit veritas tua.† Ipsa ē veritas quā vir sanct⁹ se p̄nūciaturū esse p̄dixerat. Et merito illā cōfidenter p̄dicabat: q̄n eā dn̄s absolute p̄miserat. Nō eñ pōt falli: qui sequit verba veritatis. Sz videamus quid significet: In eternū miscd̄ia edificabit. Sunt eñ edificatōes q̄ cōsurgē nequeūt: nisi eis fuerit p̄missa destructio: vt idolorum cultores: vt pessimarum cōsuetudinū sequaces. Isti eñ nisi a malis suis fuerint destructi: in bonū nequeūt edificari: sicut dictū ē hieremię: Ecce posui te vt edifices ꝛ destruas. Ista vero miscd̄ia nō destruit: sed semp viget: semp auget. Sequit. In celis p̄parabit veritas tua. Celi: sicut sepe diximus: significāt ap'los: quorum p̄dicationibus actū est: vt inculcaret gentib⁹ religio christiana. Uerū hęc oīa vsq; ad diapsalma medijs subdistinctiōib⁹ ptrahēda sūt: q̄r totum ad illud respicit qd̄ ait: Qm̄ dixisti. Quę figura dicit Apochinu: id est: a cōmuni: q̄n superiora ad inferiora respōdēt.

Disposui testamentū electis meis: iuraui dauid seruo meo. Nūc verba dn̄i refert: q̄ supius eū dixisse memorauit. Nā q̄uis omnib⁹ denunciare videat: electi tn̄ suis tm̄ ista disposuit qui ei dono ipsi⁹ credere maluerūt: ne se ad p̄missionē talē ꝛ illi tenerēt qui de dauid semie se descendere carnaliter p̄ferebāt. Addidit: Iuraui dauid seruo meo. Diuinū sacramentū p̄missiōis noscit esse securitas: q̄r solus iuste diffinitiue p̄mittit: cui subiacet implere qd̄ dixerit. Humana eñ fragilitas ideo p̄hibet sacramentorum se p̄missionib⁹ obligare: q̄r non est in potestate ipsi⁹ quę pollicet efficere. Iurat ergo iustissime deus: cū iure suo p̄mittit omnia. Nā ꝛ ipūm nomē iudicat causaz. Iurauit eñ dicim⁹: iure orauit: id est: iuste locutus est. Usq; in eternū p̄parabo semē tuū. Et edificabo

Rp̄

Al. nō hz
Al. dn̄i
Al. generatione: ānūciabo

in †seculũ seculi: sedẽ tuam. Peruẽtũ est ad illa que pater ꝓmiserat seruo suo dauid. Preparatꝰ est eñ dñs christus: qui ex semine ipsiꝰ descenderet carnis origine: vsqꝫ in eternũ rex regũ ꝛ dñs dñantiuꝫ. Sed qd dixit: Preparabo: ad hũanitatẽ eius ptinet: nõ ad deitatẽ qua cõsubstãtialis: oĩpotẽs ꝛ coeternꝰ est patri. Sequit. Et edificabo in seculũ seculi sedẽ tuã. Pollicitatio ista tota ptinet ad dñm saluatorẽ. Ipsi eñ tũc sedes ꝓmittebat: que postea in sanctorũ erat facienda pectoribꝰ. Sedes enim est dñi omnis sanctꝰ: quẽ quasi splẽdidissimũ thronũ dignatione sue maiestatis inse derit: sicut ꝛ de spiritusancto legit: Et apparuerũt illis dispertite lingue tanqꝫ ignis: sedit aũt sup vnũquẽqꝫ eoꝝ: ꝛ repleti sũt omnes spiritusancto. Confitebunt celi mirabilia tua dñe† ꝛ veritatẽ tuã in ecclesia sanctorũ. Uenit ad secũdã partem diuine potẽtie sacramẽta dicturꝰ. Cõfitebunt eñ celi qui sũt veri predicatores: quãtis miraculis dñs mundũ ꝓut ipsi placitũ fuerit administret: queadmodũ oĩs creatura eiꝰ imperijs obsecũdet: cõuersionesqꝫ reꝝ nõ casualiter agi: vt quidã vanissimi putauerũt: sed eius ineffabili virtute ꝑdicãt cõtineri. Addidit: Et veritatẽ tuaꝫ in ecclesia sanctoꝝ. Mirabilia dixit vbiqꝫ ꝑdicanda: veritatẽ aũt in sanctoꝝ ecclesia cõfitendã: vbi credit verbũ caro factũ: vbi sancta trinitas sic suscipit: vt vnꝰ sicuti est deus dñs cunctoꝝ ore laudet. Quoniam quis in nubibꝰ equabit dño: †aut quis similis erit deo †iter filios dei? Nubes frequẽter diximus verbi dei esse ꝑdicatores: qui ꝑ spiritũsanctũ pplos diuina gratia cõpluebãt: sed tñ erant obnoxij lege peccati: potẽtes quidẽ in miraculis: in ꝑdicatiõe terribiles. Sed quis eorũ esse poterat xp̃o similis: quãqꝫ ꝛ ipse carnis velamine tegeret? Aliud est eñ qui de ꝓprio põt: aliud qui de altero clarꝰ est. Simili mõ nec inter filios dei habere poterit equalẽ: qm̃ ille ꝑ naturã est filius: sancti vero ꝑ gratiã. Ille sine aliq̃ peccato: isti ꝑ ipsum a peccatis ꝓbant exuti. Que ideo dicta sunt: ne quis illũ tm̃ hominẽ sacrilegis ausibꝰ estimaret. Deꝰ qui glorificat in cõsilio sanctoꝝ: magnus ꝛ †metuendus sup omnes qui in circuitu eius sunt. Exponit quod supius dixit: quia similẽ habere nõ poterat qui omnia cõtinebat. Ipse eñ dñs christus qui ꝑdicat a sanctis: magnus dicit ꝓpter qd deꝰ est: metuendus a ptãte mirabili. In circuitu eius sancti scꝫ quos supius dei filios dixit: qui dono ipsius eius gratie ꝓximant. Sed iure supra eos ille ꝓbat excelsus: per quẽ omnes noscunt esse gloriosi. Cõsidera vero qꝫ ꝑ duodecimã specieꝫ definitionis: que grece Cata epenon: latine ꝑ laudẽ dicitur: vsqꝫ ad diuisionẽ subiectos versus decurrit: ꝛ ꝑ diuersa ꝑconia quis sit iste dñs indicat. Dñe deus virtutũ quis similis tibi: potens es dñe ꝛ veritas tua in circuitu tuo. Post illa que superius dixit: aptissima est sentẽtia subsecuta: Quis silis tibi: id est: qꝛ virtutum es dñs. Sancti eñ ditant virtutibꝰ: nõ dñant. Tu aũt illis rebus imperas: quibꝰ illi te ꝑstante ꝑclari sũt. Merito repetitũ est: Quis similis tibi. Tu ex te potẽs es: illi de te. Illi veritate tua illuminati sunt: tibi aũt veritas tua indiuidue semp inest. Tu dñaris potestati maris: motũ aũt fluctuũ eius tu mitigas. Nunc dicit enumeratiões ꝑ quas singularẽ ptãtẽ dñi euidenter ostẽdat. Potestas maris: huiꝰ seculi honor est: qui frequẽter in martyres christi rapido tumore surrexit. Sꝫ tñ ne putaretur volũtas illa ex sua potestate grassari: dicit etiã his tu dñaris: qñ feroces motus ꝓ sanctoꝝ vtilitate conuertis: sicut ipse in euãgelio dicit: Nõ haberes in me potestatẽ nisi tibi data esset desup. Et qꝛ dixerat: Dñaris: sequit digna ꝓbatio: Qm̃ fluctꝰ eiꝰ ipse mitigat. Et cõsidera: qꝛ mitigat dixit: nõ tollit: qm̃ si eaꝫ funditus adimeret: coronã martyres non haberẽt. Qd ꝛ si historice malis aduertere: dñm mitigare fluctus maris euãgelij locus ille testat: qñ periclitãtibus discipulis vento vt q̃esceret: mari vt tranquillũ fieret iperauit. Tu humiliasti sicut vulneratũ superbũ: †ꝛ in virtute brachij tui dispersisti inimicos tuos. Alij sunt qui hũiliant ad ruinã: alij qui inclinant ad gratiã. Sed vt hoc in malo dictũ debuisses aduertere: posuit: Sicut vulneratũ superbũ. Diabolum

Margin notes: enarratiõe / generationẽ; Act.2; veritatem; inter nos / in filijs; terribilis; P; Joh.19; Al. in brachio virtutis tue

ẽm̃ significat: qui elatus supra id qđ poterat: hũiliatus est suo vitio: intra illud qđ ꝑ naturā nō erat: pcussus mēte non corpore. Sic ille iniquissimus tanq̃ vulneratꝰ de celo corruit in hanc aeris densissimā crassitatē: sicut in euāgelio dñs dicit: Uidi sathanan sicut fulgur de celo cadendem. Inimicos aũt dicit: infideles iudeos: q̄ p inumeras gentes christi dñi virtute dispersi sunt: quē patris brachiũ: sicut sepe diximꝰ: auctoritas diuina testatur. Tui sunt celi ꝛ tua est terra: orbē terrarũ ꝛ plenitudinē eius tu fundasti. Quia supiꝰ gemina dixerat facta miracula: nũc ea istiꝰ versiculi ꝓbatione cōfirmat. Ideo ẽm̃ triumphauit in celo de supbo diabolo: ideo in terra de pfido iudeo: qm̃ ipsiꝰ erat vtiq̃ celũ ꝛ terra. Cur ẽm̃ diabolus aut iudeꝰ in alienis rebꝰ superbirēt: duꝫ vtraq̃ habere suũ ꝓbarentur auctorē? Sequitur. Orbē terrarũ ꝛ plenitudinē eiꝰ tu fundasti. Hec increpatio adhuc ptinet ad iudeos. Sensus ergo talis est. Cur voluerũt stulti in te seuire in hoc mundo: cuiꝰ tu christe fundator es? Ut nimia demētia videantur talia p̄sumere: que hũanas vires ꝓbantur excedere. Orbis terrarũ: ptinet ad totius spaciũ mũdi. Plenitudo eiꝰ: ad omnes scꝫ creaturas que in eo esse noscuntur. Sic p cōmemoratōes talium rerũ breuiter cũcta cōplexus est. Aquilonē ꝛ mare tu fundasti. Thabor ꝛ hermon: in noie tuo exultabũt. Aquilonē: adhuc diabolum significat: qui dixit: Ponā sedē meā in aquilone: ꝛ ero similis altissimo. Mare: seculi huiꝰ elatas ꝛ iniquas hoim ptātes cōpetenter aduertimus: que cōtra dñi mādata sacrilegis voluntatibꝰ eriguntur: nō vt ꝓficiant: sed vt vehemēter occũbant: increpās vtrosq̃ p̄sumptionē in se ponere nō debere: dũ eos a domino suo cōstat esse plasmatos. Creatura ẽm̃ supbire nō debet auctori: que ab eo vt existere potuisset accepit. Sequitur. Thabor ꝛ hermon in noie tuo exultabũt. Thabor ꝛ hermon: mōtes sunt syrie ꝓuincie: quorum noia ingentia sacramēta parturiunt. Thabor ẽm̃ dicitur: veniens lumē: qđ specialiter ad aduentũ ptinet dñi saluatoris: de quo dictũ est: Erat lumē verũ quod illuminat oēm hoiem venientē in hunc mundũ. Hermon: significat anathema eiꝰ: id est: diaboli: quā a christianis dño veniēte suscepit. Dignũ ẽm̃ fuit: vt p̄sente lumine tenebrosus diabolus vinceretur. Isti ergo exultabũt in noie dñi: sicut alibi fideles dicũt: Non nobis dñe nō nobis: sed nomini tuo da gloriā. Tuum brachiũ cũ potentia. Firmetur manus tua: ꝛ exaltetur dextera tua. Brachiũ: frequēter quideꝫ legimus hũanā significare virtutē: sicut ꝓpheta dicit: Maledictꝰ homo q̄ ponit carnē spem brachij sui: ꝛ a dño recedit cor eiꝰ. Sed nō pōt habere potentiā: nisi quāta ei p tēpore fuerit attributa. Hic aũt vt significaret dñm saluatorē: dictũ est: Brachiuꝫ tuũ cũ potētia: hꝫ est: illi eē qđ posse: nec aliquādo potentia eiꝰ tepescit: qui iugiter oia facit que vult in celo ꝛ in terra. Addidit: Firmetur manꝰ tua: ꝛ exaltetur dextera tua. Manus ꝛ dextera si subtiliter inspiciamꝰ: lōge diuersa sunt. Rogat ẽm̃ vt manus: id est: operatio firmetur in supbos: quatenus inclinati tribulatiōibus celerrime ad cōuersionis studia pducantur. Exaltetur aũt dextera tua: hic fortasse dictũ est: id est: clarificetur numerꝰ p̄destinatoꝝ qui est ad dexterā collocandus. Iusticia ꝛ iudiciũ p̄paratio sedis tue. Misericordia ꝛ veritas p̄cibunt faciē tuā. Sedes quidē dñi sp eterna est: sed tunc nobis apparebit p̄parata: qñ ipm cernimꝰ iudicare iusticiā. Eo siquidē tēpore sancta nobis eqtas patescit: ꝛ verus iudex ostenditur: quo angeloꝝ mysteria videbunt. Fit p̄paratio sedis eiꝰ: qñ hec ab hoibus in generali resurrectiōe cernentur. Sequitur. Misericordia ꝛ veritas p̄cibũt faciem tuā. Hoc ad tēpus istiꝰ mundi: nō incōpetēter aptatur. Faciē ẽm̃ ipius: id est: declarationē iudicij: misericordia ꝛ veritas p̄cibũt. Misericordia est: qꝛ parcit cōuersis. Ueritas: qꝛ ꝓmissa restituit. Sic vtrũq̃ tēpus euidēter his sermonibꝰ indicatur. Beatus populus qui itelligit iubilationē. Domine in lumine vultꝰ tui ambulabunt. Ethan ille sanctissimus queꝫ titulus p̄misit: postq̃ dei visus est p̄dicasse mysteria: beati ppli multifarias laudes aggreditur: p id quod rhetores: demōstratiuum dicendi genꝰ appellant. Exclamat ẽm̃ beatus populus qui itelligit iubilationē:

Luc. x (margin) · Al. terre (margin) · Al. creasti (margin) · Esa. xiv (margin) · Joh. i (margin) · Ps. (margin) · Hier. xvii (margin) · Al. (margin)

id est: qui immēsam leticiā suā: nō in pro-
prijs virib⁹ sed in dei cognoscūt virtute po
suisse. Jubilatio ē em̄ copiosa mētꝭ exulta-
tio: que verbis nō potest explicari. Hanc ꝙ
pscrutari cordis arcano beati ē populi: quā
sic feliciter aduertimus: si auctorē eius pu-
ra mente fateamur. Est etiā oīno vtilis: si ⁊
sic intelligatur dicta sentētia: qꝛ ille beatus
populus est q̄ laudes dei nō solū ore cātat:
sed etiā lumine mētis intelligit. Intellige-
re autē est: si scripturas sanctas catholicis
regulis pscrutetur: si dicta patrum salutari
dogmate cōprehendat: totūq; ad pietatē
recte fidei trahat: ꝙ hereticorū prauitati-
bus acquiescat. Addidit p̄miū quod tales
cōsequit viros. **Dn̄e in lumine vultus tui ambulabūt.** Populus ille beat⁹: quē dixit
intelligere iubilationē: in lumie vultus ei⁹
ambulat: cū in cōtemplatione sancte trini-
tatis iugiter pseuerat. Ambulat em̄: signi-
ficat viuit: qꝛ tēpus istud vite nostre qua-
dā cōmeatione peragit. **Et in nomine tuo exultabūt tota die: ⁊ in tua iusticia exaltabunt.** Adhuc in illo p̄mio
pseuerat qd dat huic populo qui intelligit
iubilationē. Nam cū dicit: Dn̄e in nomine
tuo exultabūt: vetat in ꝓpria p̄sumptione
gaudere: ne decepta mortalitas ibi ponat
leticiā suam: vbi oīa sunt caduca. Sequit.
Tota die. Totius vite tēpus ostēdit: quia
nō decet aliqñ inde desinere: vnde ꝯstat p-
petua ⁊ copiosa gaudia ꝑuenire. Quod cū
ita factū fuerit: euenit vt exaltent in dn̄i le-
ticia: qñ in illa resurrectione ad dexterā fu-
erint collocati. Ecce q̄lia dona parata dicit
intelligentibus iubilationē. Quapropter
negligentiā noxiam ꝓijciamus: ⁊ ad intel-
ligentie beata studia ꝯcitemur: vt ⁊ hic do-
nante domino suaui exinde epulatione pa
scamur: ⁊ ibi ppetue leticie munere pfrua-
mur. **Quoniā gloria virtutis eorum tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū.** Merito cor
nu eorum: id est: potestas exaltabit: qui in
domino saluatore: de quo dicit pater: Hic
est filius meus dilectus: in quo mihi bene
complacuit: virtutē suam gloriāq; posue-
runt: quia dū ad illū refertur omne quod
datum est: ipse fit laus nostra ⁊ pfecta leti-
cia. Et nota quod in hoc loco: cornu: in bo
no posuit: alibi vero in malo: vt est illud:
Et a cornibus vnicorniorū humilitatē me-
am: quoniā data potestas bona malaq; fa
cit. **†Quoniā domini est assumptio†: ⁊ sancti israel regis nostri.** Expo
suit quare exaltet cornu in ipsum credenti-
um: quoniā assumptio: id est: gloria illa in-
carnationis a sancto israel ꝓbatur imple-
ta: in qua omnes spem habentes de ꝓfun-
do peccati sursum erigimur: dū ipsius mi-
sericordia subleuante in eterna gaudia col
locamur. Ecce exposita sunt munera que
promittunt populo intelligenti iubilatio-
nem. Peracta est demōstratiui generis ad
miranda laudatio: vt in singulis reb⁹ ⁊ po
tentia ipsius narretur: ⁊ quis sit iste domi-
nus euidētius approbemus: Nunc aliquid
de tertia diuisione noscam⁹. **Tunc locutus es in †aspectu filijs tuis ⁊ dixisti: posui adiutorium† sup potentē: ⁊ exaltaui electū de plebe mea.**
Hactenus ethan a sua ꝑsona locutus est:
Nunc venit ad tertiā partem p̄dicans ver
ba patris: que dicta sunt de domino salua
tore: vt superior laus indubitata doceret:
quā paterna etiā firmauit auctoritas. Se-
pe diximus sanctos appellari filios dei: nō
natura sed gratia. Istis ergo filijs: id est:
ꝓphetis ⁊ p̄dicatoribus verbi: locutus est
domin⁹ in aspectu: dū eos fecit conspicere
que dicebant. Per hoc em̄ verbū illud ostē
ditur: quia quicquid ꝓphete dixerūt: non
ignoranter locuti sunt: sed in cōtemplatio-
ne certissima ꝯstituti viderūt mente quod
ore predicauerūt. Hinc est quod etiā viden
tes ꝓphete nuncupātur. Sequitur. Posui
adiutoriū sup potentē. Nam qui adiutori-
um querit potens nō est: qui potens est nō
indiget adiuuari. Sed hoc dictū: aut d̄ ge-
nerali corpore ecclesie possumus nō incom
petenter aduertere: quod potens ⁊ electū
esse nullus ignorat. Et huic dicit adiutori-
um christum dominū datum: qui de se in
secundo psalmo dixit: Ego autem consti-
tutus sum rex ab eo sup syon montē sanc-
tum eius. Aut certe si hoc de christo domi-
no velim⁹ aduertere quod ait: Posui adiu
toriū super potentē: ita intelligendū est: ac
si diceret: Pater ꝓhibuit testimoniū potē-
ti: id est: filio: sicut in euāgelio vox ad eum

Marginal notes: att. 3 — Ps. 21 — Al. Quia — Al. nostra — Al. visione sanctis — Al. in potēte — ℞ — Ps. 2

Joh.12 facta testat̃ dicens: Et clarificaui ꝛ iterum clarificabo. Hoc est enĩ fortasse qd dicit: ad iutoriũ positũ sup potentẽ. Adiecit: Exaltaui electũ de plebe mea. Electũ dici dñm christũ: esaias ꝓpheta cõmemorat dicens:
Esa.42 Ecce puer meus suscipiã eũ: elect⁹ meus cõplacuit sibi in illo aĩa mea. Exaltat⁹ est autẽ: sicut dicit apl̃us:
Phl.2 Propter qd ꝛ de⁹ illuz exaltauit: ꝛ donauit illi nomẽ qd est super omne nomẽ: vt in noĩe iesu omne genu flectatur: cęlestiũ: terrestriũ ꝛ ifernoꝝ. De plebe mea: significat gentẽ iudęoꝝ: vnde natũ cõstat dñm christũ. **Inueni dauid**
Al. nõ hȝ **seruũ meũ: † in oleo sancto meo vnxi eũ.** Qd dicit: Inueni dauid: iesuz xp̃m euidẽter insinuat: quẽ superi⁹ dixit potentẽ. Hoc enĩ nomẽ frequẽter cõstat ad ipum referri: qꝛ ꝛ manu fortis dicit̃: ꝛ desiderabilis inuenit̃: maxime cũ talia sequant̃: q̃ neq͡ꝫ dauid: neq͡ꝫ alteri cuiquã iusto p̃ter dño saluatori possint vllaten⁹ cõuenire. De ipso enĩ in alio psalmo iam dictũ est:
Ps.44 Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo exultatõis p̃ participib⁹ tuis. **Man⁹ enĩ mea au**
Al. cõfirmabit **xiliabit̃ ei: ꝛ brachiũ meũ † cõfortabit eũ.** Hoc scd̃m formã serui dicit̃: quę assumpta est in vtero virginali: cui auxiliata est man⁹ diuina in passionib⁹ suis: ꝛ fortitudo dñi firmauit eã: vt quã ꝓ salute mundi pi⁹ redẽptor susceperat: ꝓpositã pageret
Sche passionẽ. Hoc schema dicitur Characterismos: qd latine iformatio vel descriptio nominat̃: qñ ꝑsonã absentẽ quibusdã indicijs velut p̃sentẽ facim⁹ indicari. Hęc q̃ figura totã partẽ diuisionis hui⁹ decora varietate cõplectit̃. **Nihil ꝓficiet inimic⁹ in**
Al. eo **† eũ: ꝛ fili⁹ iniq̃tatis nõ † nocebit eũ.**
Al. apponet nocere ei Istud certe ad dauid queadmodũ ꝑtinere poterit: qui ꝛ inimicos fortiores ꝑtulit: ꝛ diabolo instigãte peccauit. Sed hoc veracit̃ de xp̃o animaduerti necesse est. Nã licet in eũ seuierit diabol⁹ q̃ est ꝓteru⁹ hũanitatis inimic⁹: licet iuda fili⁹ iniq̃tatis nocere p̃sũpserit: nullus tñ eoꝝ q̃ pctm̃ qd iuste accusare potuisset inuenit: sic ipse dicit:
Joh.14 Ecce veniet p̃nceps hui⁹ mũdi: ꝛ in me nõ inueniet quicq͡ꝫ. **Et cõcidã inimicos ei⁹ a facie ipsi⁹: ꝛ odiẽtes eũ in fugã cõuertã.** A facie christi ꝯcidunt̃ inimici: qñ ei⁹ p̃sentia conuersionis beneficio a ꝓprijs criminibus culpisq͡ꝫ separantur. Nam facies ipsius cuz peccatores dignata fuerit intueri: a suis prauitatibus concidunt̃: nec consensum vlterius tenebrosis delictis p̃bere possunt: q̃ ad p̃sentiã veri luminis dño miserãte ꝑueniũt. Odiẽtes aũt eũ cõuertunt̃ in fugã: qñ impia vita derelicta: ad ei⁹ cępe rint festinare remedia. Peccati enĩ memores sua facta refugiũt: ꝛ ad bñficia dñi saluberrima se festinatiõe cõuertũt. Felix itaq͡ꝫ fuga criminũ: dñi quęsisse refugiũ: sicut in alio psalmo iã dictũ est: Tu es mihi refugium a p̃ssura q̃ circundedit me. **Et veritas mea ꝛ miscd̃ia mea cũ ipso: ꝛ in noĩe meo exaltabit̃ cornu ei⁹.** Pater dicit de filio: Ueritas mea ꝛ misericordia mea cũ ipso est: vt intelligam⁹ nihil eẽ diuisum: sed virtutes q̃s habet pater habere simul ꝛ filiũ: sicut ipse testat̃: Oĩa patris mea sunt: ꝛ mea patris sunt. Ueritas ptinet ad iudiciũ: in qua iudicatur⁹ est mũdũ. Miscd̃ia vero ad pietatẽ: qua pctã dimittit: ꝛ oĩa quę p̃stat: gratuita largitate cõcedit. Sequit̃. Et in noĩe meo exaltabit̃ cornu eius. Cornu hic: significat inuictissimã ptãtem: de qua ipse in euãgelio dicit: Data est mihi oĩs ptãs in cęlo ꝛ in terra. **Et ponã in mari manũ ei⁹: ꝛ in fluminibus dexterã eius.** Mare: significat vniuersas gentes: in quib⁹ saluator noster gloriã dominationis accepit: quãdo eius nomini humiliter deuotis mẽtib⁹ crediderunt. In fluminib⁹: fontiũ forsitan fluenta significat: vbi dño saluatori populus regenerationis acquirit̃. Siue iordanẽ fluuiũ: ꝓ fluminib⁹ ponit: in quo sui baptismatis dñs consecrauit exemplũ. Sic ꝛ cęlos dicimus ꝓ cęlo: ꝛ terras ꝓ terra: ꝛ maria pro mari: ꝛ si adhuc velis quęrere athenas: thebas: nicenas. ꝛ his similia. **Ipse inuocabit me pater meus es tu: de⁹ meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitũ ponã illũ: excelsum p̃ regibus terre.** In his duobus versibus absolute debellatur iniq̃tas iudęorũ. Quid enĩ euidẽtius: quid planius: q̃ꝫ vt esse credat̃ fili⁹ qui inuocat patrẽ: ꝛ rursum credat̃ esse pater qui appellat filiũ: Nã q̃uis hęc duo noĩa relatiua sibi sint: vnũ q͡ꝫ sufficiat dici: vt amboꝝ virtus possit in-

telligi: tamē vt omnē scrupulū ambiguitatis excluderet: vtrūqꝫ posuit: vtrūqꝫ firmauit: ⁊ adhuc nō desinit iudeorū insana deuiare puersitas: dū erroris causa fuerit sublata. Hec em̄ quartadecima species definitionis est: quā greci κατα του προς τι: latini ad aliquid vocant: quotiēs vnū nomē sic dicit̄: vt aliud ex eo intelligi posse videat̄. Sequit̄. Et ego primogenitū ponā illū: excelsum p̄ regibus terre. Perscrutandū etiā nobis ē: quare dixerit: Primogenitū: quasi vero pater sic genuerit substātialiter filium vt subsequeret̄ ⁊ ali⁹. Sed hoc locutionis genus scripture diuine ↄstat eē ppriū: sic est ⁊ illud in euāgelio de ioseph ⁊ maria vbi ait: Et nō cognouit eā donec peperit filium suū primogenitū. Nūquid ↄsequens erit: vt virgo sp̄ maria post dn̄m iesū xp̄ūm alterū pepcrisse credat̄? Sed bene dicit̄ primogenitus: q̄uis solus pbetur ex patris substātia genitus. Ipse em̄ dicit: Ego sum alpha ⁊ o: nouissimus ⁊ primus: initiū ⁊ finis: princeps ⁊ origo dauid: vt merito sermo iste questionē habere nō debeat: qm̄ ipsum ⁊ principiū esse cōstat ⁊ finē. Ponā: cōstituā dicit: sicut i secūdo psalmo ait: Ego autē cōstitutus sum rex ab eo. Excelsū p̄ regib⁹ terre: sicut in septuagesimoprimo psalmo dictū est: Et adorabūt eū omnes reges terre. **In eternū seruabo illi misericordiā meā: ⁊ testamentū meum fidele ipsi.** Et hoc a forma dicit̄ serui: q̄a misericordiā patris eterno videlicet honore suscepit: cui ppetua data est potestas in celo ⁊ in terra. Testamentū vero fidele est illi: qm̄ quecūqꝫ pphete de ipso p̄dixerūt: integerrima veritate completa sunt. **Et ponā in seculū seculi semen eius: et thronū eius sicut dies celi.** Seculū seculi: significat eternitatē. Semē vero dauid: christ⁹ est dn̄s: qui in eterna gloria collocat⁹ regnat cū patre ⁊ spiritusancto p omnia secula seculoꝝ. Thron⁹ aūt eius: potestas est futuri iudicij: q̄ tāta veritate pagēda est: vt sancti oibus celesti claritate p̄fulgeat. Sciendū sane alios esse dies istos q̄ sibi vicaria reuolutiōe succedunt: ⁊ illū futurū q̄ cōtinua luce ppetu⁹ est: de quo in octogesimotertio psalmo dictū ē: Quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia: vt merito dies celi sit dictus: q̄ obiectu telluri tenebras nō pōt habere nocturnas. **Si dereliquerint filij eius legē meā: ⁊ in iudicijs meis non ambulauerint. Si iusticias meas pphanauerint: ⁊ mādata mea nō custodierint.** Hos duos versus dicit de ipso xp̄iano: qui vere dicunt̄ filij spōsi: qm̄ eccl'ia matre ex aqua ⁊ spūsancto regenerant̄. Isti si legē dn̄i derelinquāt: si i iudicijs ei⁹ nō ambulent: si iusticias ipsius pphanauerint: si mādata ei⁹ nō custodierint: in subsequētibus digna eis pmittitur euenire vindicta. **Uisitabo in virga iniq̄tates eorū: ⁊ in verberib⁹ pctā eorū.** Uenit ad sentētiā quā superiora minabant̄. Uisitat in virgia: qm̄ districte vindicet. Sic et apl'us scribens corinthijs dicit: Quid vultis: in virga veniā ad vos: an in caritate et spū mansuetudinis? Uisitat q̄ꝫ in verberibus: qm̄ in nobis leui⁹ vindicat̄. Aliter em̄ in virga pcutit: aliter flagella reuerberāt. Qd̄ vtrūqꝫ fieri manifestū est in ipso christiano p qualitate pctī: quib⁹ tn̄ pficit ad salutē: sicut salomon dicit: Quē em̄ diligit dn̄s increpat: flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Nā vide q̄d sequit̄. **Misc'diam aūt meā nō dispergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea.** Cū supiora de mēbris dixerit: nūc redit ad caput. Dic em̄: pater misc'diam suā nō se a xp̄o dispergere: sed tota plenitudine cōdonare: sicut apl's dicit: In q̄ habitat ois plenitudo diuinitatis corporalit̄: id est: substātialit̄ atqꝫ manifeste. Siue qm̄ in corpore dn̄i plenitudo diuinitatis habitare dinoscit̄: vn̄ et in xxx. psalmo iā dictū est. Sequit̄. Neqꝫ nocebo in veritate mea. Promiserat em̄ in superiorib⁹ pater: Man⁹ em̄ mea auxiliabit̄ ei: ⁊ brachiū meū ↄfortabit eū. Et quō poterat nocere: cui talia visus est pmisisse? Et intuere q̄d dictū est: Neqꝫ nocebo in veritate mea. Nā ⁊ si inimici pmissi sūt nocere: in veritate patris nō est lesus fili⁹: cui⁹ passio totū mūdū glorificata cōpleuit. **Neqꝫ pphanabo testamentū meū: ⁊ q̄ pcedūt de labijs meis nō faciā irrita.** Hoc ē q̄d supius dixit: Neqꝫ nocebo in veritate mea: qm̄ oīa veritatis ordine cōstat fuisse cōpleta: quia nec testamentū

Mat. j · Apo. 2 · Psal. 2 · Psal. 71 · Psal. 83 · Al. aūt · j. Cor. 4 · Prouer. 3 · Col. 2

suum mentiendo pphanauit: sed rerū fide honorabile fecit: duz que de labijs eius pgressa sunt: id est: p sanctos pphetas pdicauit nulla falsitate destructa sunt. Competenter em̄ pphete labia dicti sunt dn̄i: p quos ipse loq dignat⁹ est. **Semel iuraui in sancto meo: si dauid mentiar.** Hominū psuetudo est frequēter iurare vt eis possit aliquis credere. De⁹ em̄ semel iurat: qz nulla varietate tēporis immutat. Iurare aūt illi⁹ dixim⁹ esse: ventura pmittere. Nā cui⁹ se religiōe cōstringat q nō habet fortiorē? Dicit etiā: In sctō meo: id est: in christo: qui dixit: Custodi aiam meā qm̄ sanct⁹ sum. Addidit qz: Si dauid mētiar. Si: negatiue positū est: qd etiaz vsus cōis habet. **Semē eius in eternū manebit. Et thron⁹ eius sicut sol in cōspectu meo.** Semē christi: sūt oēs qui ei mēte fideli crediderūt: qz in ipsis futurū regnū seminatū est: qd vētura messis ostendat: sicut z in. xxj. psalmo ipse dicit: Semē meū seruiet illi. Manebūt g sancti in eternū: qui in excellēti ac beata cōuersatōe demorant. Unde illos pprie manere nō dicimus: qui a regno dn̄i respuunt. Thron⁹ autē dei: hic intelligendus est aia fidelis: in q reuera insidet: qn̄ eā maiestatis sue illūinatione cōpleuerit. Sic em̄ scriptū est: Sedes sapiētie: aia iusti. Addidit: Sicut sol in cōspectu meo erit: scz anima illa iusti quā sedem diximus dn̄i saluatoris. Dicēdo aūt: Sicut sol: cōparationē rerū visibiliū facit. Nā si magnū ē de creatura clarescere: multo meli⁹ de creatore lucere. **Et sicut luna pfecta in eternuz: z testis in celo fidelis.** Supius dixit de sole: qd ad aiam iusti dixim⁹ ptinere: nūc de luna dicit: q humano corpori hic cōueniēter aptat: quia p varias etates attenuat z pficit. Sed ideo addidit: Perfecta: vt in illo spūali corpore iā nō tēporale aliqd intelligeres: sed de sola plenissima eternitate sentires. Nā z ipm corpus nostrū in eternū sic claritate cōplebit vt luna pfecta: que luna: id est: cōpago corporis nostri testis erit fidelis: vtiqz in q pmissa cōplēt. Sed vide qd posuit: In celo: id est: in sancto viro. Ipsoz em̄ corpora sic lucebūt: quoz z anime diuina illuminatione resplendēt: sicut salomon ait: Fulgebunt iusti: z tanqz scintille in arūdineto discurrēt. Frequēter em̄ luna: eccle cōparat.

Ps. 85

Ps. 2j

Sap. 3

Tu vero repulisti z spreuisti: z distulisti christū tuū. Hacten⁹ christus paterna voce laudat⁹ est: nunc venit ethan ad quartā partē: in qua iā ex sua psona velut aduersa supioribus dicit. Ibi em̄ xp̄um ab inimicis suis pater asserit vindicandū: qd etiā iurisiurandi pmissiōe cōfirmat: hic aūt spretus z tradit⁹ esse memorat. Qd duplici mō itelligēdū est: vt illud aduertam⁹ ad resurrectiōis gloriā ptinere. Siue magl qd pater augustinus inuenit: illud ptinere dicamus ad dn̄m saluatorē: hoc aūt ad dauid seruū ei⁹: qui multis calamitatib⁹ pbatur afflictus: qn̄ z xp̄i nomē qd ab vnctiōe venit: vtrisqz certū est cōuenire. Repulisti ptinet: vt mihi videt: ad illā parabolā quā ei nathan ppheta dixit. In qua repulsus a dignitate regia: cuidā iniusto cōparatus est qui ouē pauperis deuorauit. Bene g dictus est repulsus: q etiā pprio iudicio constat esse dānatus. Spreuisti aūt dixit: cōtēptibilē esse fecisti: qn̄ de regno eiect⁹ a filio absalon fugiens nudis pedib⁹ ambulauit: z increpatiōes filij gemini sub durissimis opprobrijs sustinebat. Distulisti: nō ad veniā ptinet: cui statim ppheta respōdit: Et dn̄s abstulit peccatū tuuz: sed dilat⁹ est in tribulationib⁹ suis qdiu regnū repararet inuasū. Christū tuū: significat vnctū: qm̄ illo tēpore pncipes hebreoz vngebant in regē. **Auertisti testamentū serui tui: pphanasti i terra sanctitatē eius.** Hoc iā ad gentē ptinet iudeoz: qd vsqz ad finē diuisiōis exequit. Hūanitatis em̄ more dicit: Auertisti: id est: in aliā partē trāstulisti: vt qd iudeis fuerat pmissum: ad vtilitatē gentiū vtiqz puenīret. Non em̄ eis remāsit sacerdos: nō tēplū qd cōstat esse subuersū: sed christiani omnia sunt plenissime cōsecuti. Merito ergo dictū est: Auertisti: quādo pfidis ablatuz: fidelibus pbat esse concessum. Testamentū dixit serui tui: nō quia dauid testatus est: sed cui fuerat per testamentuz natiuitatis domini dignitas cōpromissa. Sequit. Prophanasti in terra sanctitatē eius. Prophanū dictū est irreligiosuz: qd porro a phano: id est: a tēpli reuerētia pellebat. Immolatio siquidē pecu

dũ: ⁊ obseruãtia sabbatoꝝ: que prius figu raliter agebantur: veniente veritate submota sunt. In terra eñ quod dixit: intelligere debemus in toto orbe terrarũ: vbi est ecclesia catholica ↄstituta. **Destruxisti oẽs †macerias ei⁹: posuisti †munitiões ei⁹ † in formidinẽ.** Maceria ẽ que loca ad aliquã vtilitatẽ ꝑparata defensionis cã cõmunit. Hec nõ cõmixtiõe rei alteri⁹ edificatur: sed in parietis modũ saxoꝝ tm̃ adunatione cõstruit. Ad cui⁹ simitudinez ponit simplicẽ illã inuictãq; defensionẽ diuinã: quã necesse fuit amoueri: vt gens iudeoꝝ potuisset hostiũ icursiõe vastari. Pulcherrime aũt dictũ est: Munitiones ei⁹ posuisti formidinẽ: vt culpis facientib⁹ ipm̃ dominũ formidarẽt: cui⁹ solebãt munitõe vallari. Et nota qd̃ p hos tres versus: in simib⁹ sonis exierũt verba diuersa. Dixit eñ: Repulisti: spreuisti: distulisti: aũtisti: pphanasti: destruxisti: posuisti. Que figura dicitur homeoteleuton: cũ simib⁹ litteris dictiões plurime terminant. **Diripuerũt eũz oẽs transeũtes viã: factus est opprobriũ vicinis suis.** Status ille regni iudaici: ⁊ fide noscit direptus ⁊ opibus. Nã p eũ trãseuntes: sublatis facultatibus ei⁹ religionis copias ad se violẽtissime trãstulerũt: illi magis credẽtes ad q̃s corporaliter dñs nõ venerat cõmonẽdos: sicut ipe dicit: Pplus quẽ nõ cognoui: seruiuit mihi: obauditu auris obaudiuit mihi. Merito ẽ iudei facti sunt vicinis opprobriũ q̃ in dñm glorie credere noluerũt. **Exaltasti dexterã † inimicorũ eius: letificasti oẽs inimicos eius.** Ista sine dubio cõtigerũt: qñ iudei hostib⁹ suis traditi direptões ⁊ cedes vastissimas ptulerũt. Tũc eñ letus efficit inimic⁹: qñ eius volũtatib⁹ hũiliat aduersus. **Auertisti adiutoriũ gladij ei⁹: ⁊ nõ es auxiliat⁹ ei in bello.** Merito ei gladius ille adiutorium nõ ꝑbuit q̃ fortitudinẽ diuinitatis amisit. Nã licet ferrũ hũana videat esse defensio: tñ nihil ꝑualet nisi eũ dextera supna corroboret: sicut in alio psalmo iã dictũ est: Nõ eñ in arcu meo sperabo: ⁊ gladius me⁹ nõ saluabit me. Sic ergo populus ille armatus inermis effectus est: vt cũ pauci pluresvicerant: nec plures pauci resistere valuissent. **†Dissoluisti eũ ab emũdatione: ⁊ sedem eius in terra collisisti.** Frequẽter emũdat diuinitas quos flagellat: vt purgatũ recipiat quẽ peccatis sordidũ respuebat. Quos vero ab emũdatione dissoluit: id est: remouit: hos iam ⁊ dãnare decreuit. Quapropter illos hic significat iudeos q̃ obstinatione mẽtis christũ spernere maluerũt. Sedes quoq; eoꝝ in terra collisa est: qñ respuẽtes regẽ dñm saluatorem: nequaq; de gente sua principẽ vlteri⁹ habere meruerũt. Sedes eñ p regno posita est. Que merito dicit in terra collisa: qñ diuisus populus atq; ↄfract⁹ particulatim toto orbe dispersus est. **Minorasti dies † tẽporũ eius: pfudisti eũ cõfusione.** Status ille quẽ dixim⁹ regni iudaici: cui pmissa fuerat si dño seruiret eternitas: minorat⁹ est vtiq; dieb⁹ angustis: q: pollicitationẽ abrae pmissam obtinere nõ meruit. Et merito in breuitatẽ redact⁹ est qui sibi irrite longã seriẽ pmittebat annorũ. Addidit etiã: Perfudisti eũ cõfusione: q: sordes illas incredulitatis sue in facie sustinet: hodieq; dũ inter gẽtes oẽs abominabili horrore ↄfusus: i vultu suo gestat opprobriũ. Hec quidẽ ethan: ille robustissim⁹ mirabili veritate narrauit: sed in his omnibus nõ agnouit dñm fuisse mentituz. Ille eñ qd̃ pmisit dauid: id est: christo suo: omnib⁹ christianis exhibuit. Nec habẽt iudei que iuste murmurẽt: qui se maluerunt a pmissiõe verissima segregare. **Usq; quo dñe auertis in finez: exardescet sicut ignis ira tua.** Ethan venit ad q̃ntã speciẽ: vbi dñm breuiter rogat vt iudaico populo miserat⁹ indulgeat: q: nullus est qui animã possit ab inferno liberare. In finez hic: seculi terminũ debem⁹ aduerrere: qñ sicut sepe dictũ est: expectat innumera ↄuersio iudeoꝝ: ppter illud qd̃ ait apostolus: Quia cecitas ex parte israel cõtigit: donec plenitudo gentiũ intraret: ⁊ sic omnis israel saluus fieret. Rogat ergo ne in finẽ auertatur: quãdo expectatur fidelis agnitio iudeorum. Addidit: Exardescit sicut ignis ira tua. Irascimur mediocriter: quãdo aliquẽ sermone corripim⁹. Exardescimus autẽ ira: cũ vidicare disponim⁹. Adiecit etiã: Sic ignis: q̃ obiecta ↄsumit. **Memo-**

Al. Destruxisti

Al. temporis

Ro. xi

Al.nō hʒ
Al.nūqd
Al.omnes

rare†dñe que mea substantia:†non em̄ vane ꝯstituisti †filios hominū. Ille ethan mētl firmitate roborat⁹: rogat dñm vt istā carnē pctis obnoxiā aduētus sui gloria liberare dignet̄: q2 nō est ad hoc creata vt eā pmitteret quasi vanū aliquid interire. Nā cū memor fuit substātię nr̄ę: ⁊ a morte filios hoim̄ eripuit: ⁊ i spe magnę beatitudinis collocauit. Quis est hō

Al.nō hʒ

q̄ viuit ⁊ nō videbit mortē:†aut q̄s eruet animā suam de manu inferi? Quis est:interrogatiue legēdū est. Que figura dicit̄ Erotema:id est:iterrogatio:vbi subaudiendū est:nullus. Oēs em̄ hoies siue iusti:siue iniusti:siue pctōres mortē videbūt:q̄ primo hōi inflicta est lege pctī: sic̄

Sche

aplus dicit: Propterea sicut p vnū hoiem in hūc mūdū pctm̄ itrauit: ⁊ p pctm̄ mors: ita in oēs hoies mors ptrāsijt in quo om̄es peccauerūt. Que nūc iō cōmemorat:vt calamitatib⁹ suis misc̄diam creatoris mereat̄ hūana cōditio. Vn̄ q̄ originale pctm̄ mala p̄sumptiōe credere nolūt:quāto se liberos ab hac ꝯditione dicūt:tāto ampli⁹ miserabili sorte ꝯstringunt̄. Sequit̄. Aut q̄s eruit aiam suā de manu inferi? Et hic q̄ꝫ subaudiendū est:nullus. De manu:id est: de ptāte inferi. Nā cū oēs hoies mori contingat: necesse est vt ipsi aias suas de inferni ptāte nō auferāt:nisi p illū q̄ nos de dñatione diaboli eripuit:⁊ mortē moriēdo ꝓstrauit.

Ro.5

Vbi sunt misc̄die tue antiq̄ dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua? Venit ad sextaʒ partē:vbi dñm deprecat̄: vt genti afflictę ⁊ hūana cōditione fragilissime debeat subuenire:⁊ impleat ꝓmissiones q̄s se dauid fecisse noscebat. Vbi sūt? nō sub dolore dicit̄:sed q̄si tardās dñs postulat̄. Nā queadmodū de illo dubitat: et cui dicit: In veritate tua? Scʒ vt cito p̄stet qd̄ eū nouerat esse factuꝝ. Antiq̄s em̄ misericordias illas dicit:q̄s abraę p̄triarchę fecisse retinebat. Antiq̄s em̄ nō diceret: nisi ante dauitica tēpora factas esse coḡsceret.

Al.dñe

mundi. Ecce species que nec sole reddatur fusca: nec vetustate deterior. Semp fulget: semp noua est: nec aliqd sustinet aduersuz que nō habet in pennitate defectū. Nā qd dixit: Et magnificētia: illd significat: qz sp magni sunt: semp excelsi q honorari ei⁹ sanctificatione meruerunt. **Afferte dn̄o patrie gentiū: afferte dn̄o gloriā et honorē.** Postq̄ magnalia dn̄i z beatoꝝ dona p̄dicauit: in scd̄a parte studiosius cōmonet gētes: vt omni cūctatione deposita afferāt dn̄o gloriā z honorē. Nam cū dicit: Patrie gētiū: plus significat: q̄ si solas diceret gentes. Gens em̄ aliq̄ñ potest habere pegrinos: z dū natio dicit: nō aduenas cōplectimur: sed tm̄ gentē vnius sanguis indicam⁹. Hic vero dictū est: Patrie gentiū: vt nullus indigena: nullus hospes: nullus pegrinus redderet̄ except⁹. Patria em̄ dicta est: quasi patris atria. Sequit. Afferte dn̄o gloriā z honorē. Admonet etiā vt illa generalitas dn̄o gloriā afferat z honorem. Gloria est dn̄i: cū se aliqs laudabili ꝯuersatione tractauerit. Glorificat em̄ dn̄s in talibus: qn̄ de fideliū fuerit cōuersatiōe laudatus: sicut in euāgelio discipulis suis dicit: Sic luceat lux vestra corā hoibus: vt videant vestra bona opa: z glorificēt patrē vestrū qui ē in celis. Honor est aūt dn̄i: qn̄ in donis suis ei gratias referim⁹. Et si qd boni suscepim⁹: ab ipso ꝓfitemur eē collatū: sicut in euāgelio legit: Nōne decē mūdati sunt: z nō est inuentus q daret honorē deo nisi hic samaritanus? **Afferte dn̄o gloriā nomini ei⁹. Tollite hostias z introite in atria eius.** Sicut supra dixit trina repetitiōe: Cātate: ita hic tertio ponit: Afferte: vt sacramēta sancte trinitatis i dogmate christiano inesse sp agnosceres. Afferūt itaq̄ gloriā nōi ei⁹: q deuotōis studio cōmutant in meli⁹: z ꝯsubstantialē sibi trinitatē atq̄ omnipotētem p oia cōfitent: ꝑsonis tm̄: nō nature diuersitate discretā. Sequit. Tollite hostias: z introite in atria eius. Hostias: nō victimas pecudū dicit: s̄ cōscientie pura libamina: vnde nō sanguis currat: sed pie lachryme defluāt. Iste sunt hostie quas in quiquagesimo psalmo dixit: Cor contritū z humiliatū deus nō spernit. Sed cōsidera: qz prius posuit: tollite: z sic introite: qz qui tales hostias nō portāt: in atria dn̄i nō iudicant intrare. Nō est autem ociose suscipiendū: qd plurali numero posuit: atria. Atria em̄: sunt dn̄i apl̄i vel ꝓphete: p quos fidelis popul⁹ intrat ad dominū. **Adorate dominū i atrio sancto eius. Commoueat a facie ei⁹ vniuersa terra.** Tunc reuera dn̄s adoratur: qn̄ fuerint hostie portate: quas superi⁹ intimauit: vt supplicatio cōfitentis mereat ad aures ꝑuenire creatoris. Nec vacat qd in anteriore versu: atria posuit: hic vero singulariter: atriū dic: qz ex illis atrijs: id est: patriarchis/aplis z ꝓphetis: in istud atriū catholice dūtaxat ecclesie ꝑuenit: vbi eius potētia maiestatis adorat. Sequit. Cōmoueatur a facie ei⁹ vniuersa terra. Quoniaz dixerat fidelib⁹: bona opa tollite z itroite: nūc dicit a facie ipsi⁹ amatores seculi submouēdos. Nō em̄ dixit: Cōmoueat an̄ faciē eius vniuersa terra: sed a facie ei⁹. Qd hodieq̄ illis dicimus: quos a cōspectu nostro reddimus alienos. Qui bene terra dicti sūt: qz terrena vitia nō relinquūt. Quis hoc alij in bonā partez accipi debere dixerūt: vt tunc terra cōmoueat: quādo peccator ad penitētiā fuerit deo miserāte ꝑductus. Sic scripture diuine incōprehēsibilis ꝓfunditas: z diuersis modis intelligit: et vna cōstare veritate monstrat. **Dicite in nationibus: †domin⁹ regnauit† a ligno. Etem̄ correxit orbē terre qui nō cōmouebit: iudicabit populos in equitate† z gētes in ira sua.** Illos admonet reuerēda mysteria gentib⁹ p̄dicare: quos in atrio sancto dn̄m adorare p̄cepit: vt in nationib⁹ a ligno crucis dn̄m debeant dicere regnatuꝝ: nō ab illo ligno paradisi: vnde diabolus gen⁹ humanū videbatur tenere captiuū: sed ab isto scz ligno vnde libertas caput extulit: z vita surrexit. In illo siquidē ligno mors transgressionis pependit: in isto fides cōfessionis emicuit. Illud ꝑduxit ad inferos: istud mittit ad celos. Regnauit autē: intelligam⁹ innotuit: quādo mundo dn̄s saluator apparuit. Naz qn̄ ille nō regnauit: qui semp cū patre z spiritusancto potestatis sue omnipotētia ꝑseuerat? A ligno: alij quidē nō habent translatores: sed nobis sufficit quod septuaginta

Al. quia
Al. nō hz
Al. nō hz

interp̃tũ auctoritate firmatũ est. Crux enĩ dñi prauũ atq; distortũ correxit orbẽ terrę: dũ p regulã fidei paganoꝝ corda ꝯuertit. Terrã enĩ hic in bono debemus accipere: qd in scripturis diuinis freq̃ter ꝓ locoꝝ qualitate inuenis esse variatũ. Hanc autẽ terrã dicit nõ esse penitus cõmouẽdã: q̃ in soliditate fidei pseuerat: ñ sic illa quã supius dicit: Cõmoueat̃ a facie eius omnis terra. Illa cõmouet̃: vt a malis cõuertat̃ operibus: ista nõ cõmouet̃ quę verę fidei soliditate cõsistit. Sequit̃. Judicabit pplos in ęquitate. Populos hic mauult hoĩes fideles intelligi: qui iudicãdi sũt sub trãquillitate supnę miscdię: qñ eis p̃mia ꝓmissa restituet. Nã qd addidit: Gentes in ira sua: supbos iniquosq; designat: qui portionẽ cũ diabolo sortiunt̃. Et vide queadmodũ duob⁹ sermonib⁹: tantarũ rerũ designat arcana. Ęquitas ptinet ad beatos. Ira ad pęnas ppetuas impioꝝ. Et nota q: p oĩa comata versus hui⁹: iungendũ est a cõmuni: dicite in natiõibus. **Letent̃ celi ꝛ exultet terra: † moueat̃ mare ꝛ plenitudo eius.**

Al. cõmoueat̃

Qm̃ supi⁹ dixit: Judicabit populos in ęquitate: ꝛ gẽtes in ira sua: p quę futuri iudicij tẽpus ostẽdit: mõ fit pulchra nimis ꝛ iocũda digressio. Dicit enĩ tunc letari cęlos: ꝛ exultare terrã: ꝛ cõmoueri mare. Cęlos: significat: sicut sępe dictũ ẽ: apostolos et ꝓphetas: vel reliq̃s fideles quos diuina maiestas tãq; cęlũ noscit̃ insidere. Terra vero indicat pctõres: q̃ tñ satisfactionis bñficio ad grãz dñi redire meruerint. Ipsa enĩ terra exultare põt in aduẽtu iudicis sui: quę se a pctis ꝓprijs intelligit absolutaz. Sequit̃. Moueat̃ mare ꝛ plenitudo ei⁹. Mare hic ꝓ pplis ponit: qui in salo huius sęculi cõstituti diuersis tẽpestatib⁹ agitant̃. Isti mouent̃ ad gaudiũ: qñ cõuersionis dona susceperint. Nã vt vniuersitatẽ gentiũ itelligere debuisses: posuit: Plenitudo eius. **Gaudebũt capi ꝛ omnia que in eis sunt. Tunc exultabũt oĩa ligna siluaꝝ.** Campos hic siĩter in bono debem⁹ accipere: q: illa plana dicim⁹ quę pulcherrima ęqualitate tẽdunt̃. Campos ergo: dicit viros iusticię laude pollentes: nõ supbia tumidos: nõ asperos iracũdia: sed mãsueta lenitate planissimos. Sequitur. Tunc exultabũt omnia ligna siluarũ. Tunc: scdm dicit aduentũ qñ iudicaturus est mundũ. Ligna siluarũ: p se amaros ꝛ steriles ĩferũt fructus: sed cũ fuerint insita: dulcissima vbertate pinguescũt. Sic gẽtes quę p̄us fuerant velut ligna siluarũ: ad culturã fructiferã pductę: magno sunt gaudij munere lętaturę. Sed cũ dicit: Omnia ligna: illã partẽ vult intelligi: quę inseri bonis p̃ceptis potuit ac mutari. **Ante faciẽ dñi † qm̃ venit: qm̃ venit iudicare terram.** Quia dixerat credẽtes esse lętaturos: nõ dicit in angulis: nõ in secretis: ꝫ ante faciẽ iudicis: qñ inestimabilis ꝛ copiosa lęticia est: qñ p̃mia tribuunt̃: ꝛ securitas sine fine p̃stat̃. Et ne primũ illũ incarnationis dñi putares aduentũ dicit: Qm̃ venit: Et sbsequit̃: Qm̃ venit iudicare terrã. Nã si in alio primo comate sentẽtiã terminasset: potueras illũ aduentũ q̃ iã transactus est forte sentire. Sed cum addidit: Qm̃ venit iudicare terrã: illũ nos tm̃ voluit intelligere quẽ adhuc noscimur sustinere. De q̊ etiã ezechiel ꝓpheta testat̃. Hęc dicit dñs deus ossibus istis. Ecce ego induco in vos spiritũ ꝛ viuetis: ꝛ dabo in vos neruos: et inducã sup vos viscera carnis: ꝛ extendaz sup vos cutẽ: ꝛ dabo spiritũ meũ in vos et viuetis: ꝛ scietis quia ego suz dñs. Daniel q̊q; dicit: Et multi dormientiũ in terra p̃ fissuras exurgent: hi in vitã ęternã: ꝛ hi in opprobriũ ꝛ ꝯfusionẽ. Terrã vero hic: vniuersum mundi pplm dicit: vt bonis p̃mia: malis supplicia ęterna restituat. **Judicabit orbẽ terre in equitate: ꝛ pplos in veritate sua.** Pri⁹ posita est cõplexio generalis: q: orbẽ terrarũ: id est: vniuersuz hominẽ: ęquitas diuina iudicabit. Subseq̃ter autẽ: queadmodũ iudicet̃ exponit: dicendo: Populos in veritate sua: qm̃ in illa sequestratiõe dextrę partꝭ ꝛ sinistrę: duo erunt populi: quib⁹ veritatis suę sententia dabit: vt qui ei fideliter crediderũt: ei⁹ regni beatitudine pfruant̃. Qui vero ptinaciter mũdi vitia sunt secuti: pęnas debitas cũ suo auctore sustineãt. Perquirendũ sane: quod ꝛ hic Orbem terrarũ dicat: ꝛ in sequẽti psalmo ponat: Illuxerũt fulgura ei⁹ orbi terrę: ꝛ in alijs plurimis locis ipo schemate terrã perhibeat esse conclusam. Ite-

rumq; centesimus sextus psalmus quat-
tuor cardinibus terre spacia comprehen-
dat: dicēs: A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilo
ne ⁊ mari. Cui⁹ rei euidentissimū q; euāge-
lij extat exemplū: vbi dicit: Emittet ange-
los suos cū tuba ⁊ voce magna: ⁊ cōgrega-
būt a q̄ttuor angulis terre. Vñ merito esti
mo pquirendū queadmodū possit: ⁊ q̄dra-
tio ⁊ circulus puenire: dū schemata ipsa (si-
cut geometrici dicūt) videant esse diuersa.
Formā terre ideo scriptura orbē vocat: eo
q respiciētibus extremitatē ei⁹ circulus sp
appareat: quē circulum greci Orizonta vo-
cāt. Quattuor aūt cardinib⁹ eā formari di-
cit: q2 quattuor cardies: q̄ttuor angulos q̄-
drati significāt: qui intra p̄dictū terre circu
lū continet. Nā si ab oriētis cardine in au-
strū ⁊ in aqlonē singulas rectas lineas du-
cas: siliter q; ⁊ si ab occidentis cardine ad
p̄dictos cardines: id est: austrū ⁊ aquilonē
singulas rectas lineas tēdas: facis quadra
tū terre intra orbē p̄dictuz. Sed quō qua-
drat⁹ iste demōstrādus intra circulū scribi
debeat: euclides in quarto libro elemētorū
euidēter insinuat. Quapropt recte scriptu-
ra sancta: faciē terre ⁊ orbē vocat: ⁊ q̄ttuor
eā dicit cardinib⁹ cōtineri. Cōclusio.

Audiamus q̄ nos ppheta cōmone-
at cantare dño: afferte ad eū hosti-
as viuētes. Nō sit nobis pars cuz
diabolo: ⁊ erit sine dubitatione cū christo.
Tūc eñ sicut titul⁹ ait: post captiuitatē pec
catorū: dñi domus ex nobis pōt edificari: si
meruerim⁹ viui lapides inueniri. Obsecre-
mus iugiter: deprecemur incessant: agnoscit
humilē cū ad damnādū venerit ptumacē:
nec puniet peccatorem cum pbauerit iugi-
ter confitentē.

Explicit expositio in psalmū. XCV

Incipit expositio in psalmū. XCVI

Psalmus ipsi dauid cū terra ei⁹ restaurata est.

Psalm⁹: ipsi ⁊ dauid: pstat ad chri-
stū dñm esse referedū. Sequit. Cū
terra eius restaurata est: id est: cuz
pctōres q ab ipso declinauerāt: errore pra-
uitatis eius gratia suffragāte ad ipm defe-
cata mētis sinceritate redierūt. Sicut fac-
tum est in iudeis: qui post illam impietatē
crucifixionis: cōuersionis sunt gratiā cōse-
cuti. Pōt ⁊ aliter accipi: vt terra restaura-
ta: resurrectionis ei⁹ videat indicare myste
ria. Mortuū est q̄ppe corp⁹ ipsius lege cōi:
sed restauratū est in glorie munere singula
ri. Quapropter meminerim⁹ hunc psalmū
quartū esse de pmo eius aduētu: p quē mū
dus noscit esse liberat⁹. Diuisio.

In primo membro psalmi ppheta
post resurrectionē dñi virtutes ei⁹
diuersa p̄dicatione describēs: ido-
lorum cultores digna increpatione redar-
guit. Secūdo: ad dñm verba cōuertit: gau
dens ecclesiā catholicā auctori suo recte cre
didisse. Cōmonet etiā fideles vt letētur in
dño: q2 cōsueuit eos eripere qui vident cru
delium insecutionibus subiacere.

Dominus regnauit exultet terra: letent in- Expositio.
sule multe. Videns ppheta mū-
dum execranda hoim supstitione cōfusuz:
laudes dñi mirabili varietate describit: vt
infideles agnoscētes verū deū: vlteri⁹ spez
in reb⁹ vanissimis nō haberēt: factūq; est
initiū qd ⁊ breuiter cuncta cōcluderet: ⁊ de
lyramēta oia submoueret. Dñs regnauit.
Quis ergo alter colēdus est: nisi ille qui so
lus cognoscit imperare? Sequit. Exultet
terra. Quid iam remaneat idolis si vniuer
sa terra nomē veneret auctoris? Terra eñ
sensibilis lapidē nō debet adorare brutissi-
mū: q2 ipse sibi negat effectū qui ab insen-
satis petit auxiliuz. Unus tñ lapis est an-
gularis qui spiritualiter coli debeat ⁊ time
ri. Adiecit: Letent insule multe. Regnāte
itaq; dño: p totū mundū disposite letētur
ecclesie: que merito insulis cōparantur: q2
mundi fluctib⁹ ambite circūlatrantiū pse-
cutionū numerositate tundunt. Sed sicut
iste seuiētib⁹ fluctibus nesciūt ledi: ita nec
sancte ecclesie pturbationib⁹ aduersario-
rū pbantur imminui: quinpoti⁹ illos suis
cautibus frangūt: qui in eas vndosis cul-
minib⁹ irruerit. Et vide q2 dicit: Multe: nō
omnes: ppter hereticas prauitates: qui er
roribus suis ecclesiarū nomen imponunt.

Nubes ⁊ caligo in circuitu eius:
iusticia ⁊ iudicium correctio sedis
eius. In hoc versu q̄lis sit dñs impijs re-
ligiosisq; narrat. Nubilosus ⁊ caliginosus
cernit indeuotis: dū cordi tenebroso nulla

claritate resplendet: sicut lippis oculis sol vmbrosus aspicit: q2 nebulas illas nō habet origo luminis: sed debilitas contracta carnalis: sicut ipse dicit in euangelio: Ego in hunc mūdū veni: vt qui nō vident videant: & qui vident ceci fiant. Contra subsequit: Justicia & iudiciū. Hoc illis videt dominꝰ: q sunt puro corde mūdissimi. Quos bene correctionē vocauit: q2 errore prauitatis exuti: sedes sunt dn̄i saluatoris. Quos ille sua maiestate iā possidet: sic legit: Sedes sapiētię anima iusti. Ordo aūt verborū talis est: Sedis eiꝰ correctio: reuera qa tortis mentibꝰ nō pōt insidere iusticia. Et nota ꝙ ꝑ istū & quattuor versus alios q sequunt aduētus dn̄i ꝓmus varijs allusionibus indicat. Quę figura dicit Characterismos: q̄ latine informatio vel descriptio nūcupat. **Ignis ante ipm ꝓibit: & inflāmabit in circuitu inimicos eius.** Ante aduentū dn̄i ignis ꝓcessit: qm̄ ꝑdicatione ꝓphetarū infideliū corda fremuert: vt iracūdię ardore succēsi de ꝑdicantiū nece tractarēt. Ipse ergo ignis q ante ipsum ꝓibit: sed suos potiꝰ ꝯsumpsit auctores: sicut esaias ꝓpheta dicit: Et nunc ignis aduersarios cōsumet. Sequit. Et inflāmabit in circuitu inimicos eius. Inflammauit: sicut diximꝰ: ad indignationē ꝑtinet: & subitū animi calorē: quē illo tēpore sanctę ecclesię patiebant inimici. In circuitu: vndiqꝫ debemꝰ aduertere: q2 dū pauci essent ꝑdicatores: aduersarioꝝ erat circūdans & innumerabilis multitudo. **†Illuxerūt fulgura eiꝰ orbi terre: vidit & cōmota est terra.** Pulcherrima nimis facta ē aptaqꝫ cōparatio. Nā sic cōmotę nubes atqꝫ collisę: sicut physici dicūt: fulgura iaculantur: ita ꝓphetaꝝ verba veritatis indicia lāpauerūt. Deniqꝫ eos in scripturis diuinis frequēter legis nubibꝰ cōparatos: vt est illud: Et nubibꝰ mādabo ne pluāt sup eam imbrē. Intēdamꝰ etiā qꝺ hic iterū schema terrę: sicut in supiore psalmo iā dictū est: in orbe descriptū est. Ipse est orbis qui appellat & circulus. Circulus aūt ē: sicut geometrici definierūt: forma plana q̄ ex vna circūducta linea cōtinet. Ad quā ab vno puncto de his q̄ in medio formę cōstituta sunt: oēs deductę rectę lineę ęquales sibi inuicē sunt. Qua cōplexione recognita valde nota nobis efficit forma terraruꝫ. Significat etiā totꝰ mūdus: & ꝑ directam lineā cęli: q̄ diametros mundi ab astronomicis vocat: vt est illud: A solis ortu vsqꝫ ad occasū laudate nomē dn̄i. Linea aūt: intelligibilis ē longitudo sine latitudine: a puncto inchoans in punctū desinēs. Pūctꝰ vero est: cuiꝰ pars nihil est. Meminisse autē debemus qꝺ hęc omnia: siue punctū: siue linea: siue circulus: siue trigonus: siue quadrāgulus: vel alia huiusmodi theoremata: quotiens ad aspectū veniūt: corporalibꝰ definitōibꝰ cōcludāt: id est: sensibilibꝰ: q̄tiēs vero sola mēte capiunt: itelligibilia tm̄ esse nō dubium est. Quoꝝ noticiā pleniorē in libris geometricę disciplinę diligens lector inuenies. Sequit. Vidit & cōmota est terra. Vidit terra: illud significat: qm̄ hoies verbū dn̄i cordis lumine cognouerūt. Cōmota ē: magnę ꝑdicationis nouitate ꝑterrita ē: vt deꝑhenderet se insensata idola colere: duꝫ haberet adorabilē dn̄m summū creatoreꝫ.

Montes sic̄ cera fluxerūt a facie dn̄i: a facie dn̄i †tremuit omnis terra. Hic montes: significat hoies: qui & seculi huiꝰ altitudines appetūt: & isensata superstitione durescūt. His mirabiliter cōparata est cęra liquens: qm̄ tanto faciliꝰ in pęnitentiā defluūt: quāto se duricia immobiles esse crediderūt. Nā cū dicit: A facie dn̄i: ostendit vnde sicut cęra fluxerūt montes: qꝺ & in alio psalmo legit: Nec est qui se abscōdat a calore eiꝰ. Sed cū repetit: A facie dn̄i tremuit omnis terra: illos significat q ipsiꝰ miseratione cōspecti ad satisfactionis remedia ꝑuenerūt. Qꝺ hodieqꝫ fieri ꝓprobamus: cū ꝑtātes sęculi: vl pagani: vel hęretici vocati dānantes supsticiosum votū: diuinū magl eligūt subire seruitiū. **Annunciauerūt celi iusticiā eius: & viderūt omnes populi gloriā eius.** Post nnbes ꝑdictas: quas intelligi diximꝰ in ꝓphetis: venit ad cęlos quos aplos debemus aduertere: quoꝝ ꝑdicationibꝰ sanctis iusticia dn̄i mundo salutaris innotuit. Sequitur. Et viderūt oēs ppl̄i gloriā eius. Viderunt hic: nō carnalibꝰ oculis: sed cordis lumine debemus accipere. Gloria eius audiri: nō videri solet. Nā & alibi legit: qꝺ

Marginalia: Job. 9 — Sche — Al. ꝓcedet — Al. Alluxerūt — Esa. 5 — Geo ꝑ

sic intelligēdū est: Et vidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti. Siue vt quidā volunt: pspicabilis dñi significat aduentus. Intueamur etiā huius dñi: q̄ diuersis modis pmus indicet aduētus. Dixit ignē: dixit fulgura: dixit montes: dixit celos: et per hec omnia vnū votū est annūciare dñm saluatorē. Quod schema dicitur Enigma: id est: obscura sentētia: quādo aliud dicit: et aliud vult intelligi. Confundantur omnes qui adorat idola: qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eū omnes angeli eius. Aduētu dñi pphetato: idoloꝝ cultores increpat: q̄ tanta manifestatione declarata: nō erubescunt adhuc colere: nescio quas ineptias. Idolū quippe dictū est: qđ ipm sit dolum: id est: hominū falsitate repertū. Simulacrū a simulatiōe sacra cōpositū: qđ illis detur honor alien⁹. Sic vtraq; fugiēda: ipsorū noim interptatiōe declarant. Et qm̄ spirit⁹ imūdi se cupiūt adorari: dū falsos sibi honores vendicāt: qs eoꝝ iniqtas nō meretur accipe. Uide quid sequit: Adorate eū omnes angeli ei⁹. Bonus em̄ angelus adorat dñm: qr recto corde suū cognoscit auctorē: nec se ab homibus adorari pmittit: sicut in apocalypsi angelus iohāni pcidenti ad pedes suos dicit: Uide ne feceris: cōseru⁹ em̄ tuus sum et fratrum tuorū. Mali em̄ ṗcipiunt se adorari: sicut in euāgelio sathanas dixit dño christo: cū eū assūpsisset in mōtē: et ōndisset regna mūdi: Hec oia tibi dabo: si pcidens adoraueris me. Audiuit et letata est syon. Et exultauerūt filie iude: pter iudicia tua dñe. Uenit ad secundū membrū: in quo cōuersus ad dñm ppheta letus exultat: qr syon id est: ecclia catholica: iudicia dñi puro corde pcepit. Nā verbū qui creditur⁹ audit se audisse letat: qui vero subdola mēte pcepe rit cōtristatus abscedit: quia cōtra volūtatē suā qđ nō esset creditur⁹ audiuit. Syon: sicut sepe diximus: mons est hierosolymis cōstitutus: cui⁹ interptatio significat speculationē. Que bene sancte dat ecclesie: qm̄ in cōtemplatiua virtute psentē dñm semp aspectat. Sequit. Et exultauert filie iude. Filie iude: significāt religiosas mētes pbatasq; psonas. Que ideo filie iude dicunt: qm̄ christo credere maluerūt: qui ex origine iude descēdisse monstrat: vnde dicti sūt et iudei. Et quare letata sit syon: psequēter exponit. Propter iudicia tua dñe: id est: qr tristiciā seruoꝝ tuorū cōuertis in gaudiū: et supbū diabolū humilitatis virtute psternis. Quoniā tu es dñs altissim⁹ sup omnē terrā: nimis exaltatus es sup omnes deos. Supra omnē terrā: hic bene itelligim⁹ peccatores. Supra omnes deos: iustos hoies cōpetēter aduertimus: quos deos recte frequēti expositiōe pbatum est. Siue qm̄ p hec duo significat eū: et terrenis creaturis et celestib⁹ imperare: sicut et ali⁹ psalmus dicit: Quoniā omnia seruiūt tibi. Qui diligitis dñm odite malū: custodit dñs animas sanctoꝝ suorū: de manu peccatorū liberauit eos. Uidet et hic cathegoricus syllogism⁹ ita posse formari. Sācti diligūt dominum: qm̄ custodit dñs animas eoꝝ et de manu peccatoꝝ eripit eos. Omnes qui diligunt dñm: qm̄ custodit dñs aias eorū et de manu pctōrū eripit eos: odiūt malū. Sancti igit odiūt malū. Nunc psalmi verba tractem⁹. Hic bonos alloquit et fideles: vt a diaboli malicia segregēt. Ipse em̄ iure dr malus: p quē venit omne pctm̄. Quid ē ergo dñm diligere? Odisse diabolū. Quia sicut scriptū est: Nemo pōt duob⁹ dominis seruire. Que figura dicit Parison: id est: equatio sentētie: cōstans dissimilib⁹ membris. Et ne quis diabolū timuisset offendere: sequit: Custodit dñs animas sanctorū suoꝝ: de manu peccatoꝝ liberauit eos. Iā nemo dubitet odisse malū: qn̄ dñs animas cognoscitur custodire sanctorū. Sed vide qr dicit: Animas: ne te teneres ad corpora que passim tradit ad penas: vt martyrib⁹ reddat coronas. Liberat em̄ de manu peccatoꝝ animas: qn̄ eas nō sinit aliqua prauitate subuerti: sed ita illesas eripit: quēadmodū sibi bn̄placitas esse cognoscit. Lux orta est iusto: et rectis corde leticia. Iusto dicit ortā lucē: id est: verissimā fidē: vt illuminat⁹ talia credat: que eū ad celoꝝ regna pducāt. Est quidē et sanctoꝝ lux ista cōis: quā indiscrete vident et homines et iumenta. Sed illa lux eorū ppria dicit: que christo sole ṗstatur: de qua dicturi sunt im-

Al. nō hz. Ps. jj8 Al. seruorū Al. peccatorū Syl. Matth. 6 Schē

Sap.5 pij: Errauim⁹ a via veritatis: ⁊ iusticię lumen nō luxit nobis: ⁊ sol nō est ort⁹ nobis. Rectis vero corde oritur sine dubitatione leticia: qñ deo p̄stante talia gerunt: quę sibi ꝓfutura cognoscūt. Sic ⁊ in isto loco indicatū est: q: mūdi amatores nec firma leticia: nec vero lumine pfruunt. **Letamini iusti in dño: ⁊ cōfitemini memorie† sanctitatis eius.** Cū supius dixerit que bona iusti dño p̄stante suscipiāt: nunc iterū ipsos cōmonet: vt in dño lętari debeant: non in hūano desiderio: aut in hui⁹ sęculi ruinosa iactātia: sicut ait esaias ꝓpheta: Nō est gaudere impijs dicit dñs. Cōfitentur autē iusti memorię sanctitatis eius: qñ in illo regno ppetuo fuerint collocati: recordantes de quāta clade hui⁹ sęculi dño sint miserante subtracti.

Ar. sanctificationis

Esa.48

Conclusio.

Consideremus hunc psalmū: q̄ salubri nos institutiōe cōponat. Ab idoloꝝ culturis ꝓhibet: vnde ęternam mortē potuissem⁹ incurrere. Laudes dñi cōpetenter insinuat: vnde vita nostra sine dubitatiōe succedat. Docet afflictōes nō pauescere: nec mala hui⁹ sęculi formidare. Omnia eñ piculosa: oīa mortifera magno cōpendio possumus euadere: si salutis nostrę diligam⁹ auctorē: sicut dicit aplus: In omnib⁹ tribulationē patimur: sed non angustiamur: deficim⁹ sed nō perim⁹: semp mortificationē iesu in corpore nostro circūferentes: vt ⁊ vita iesu manifestet in carne nostra mortali. ⁊ cętera quę doctor egregi⁹ ad instruendū humanū genus salutariter noscitur elocutus.

2.Cor.4

Explicit expositio in psalmū. XCVI

Incipit expositio in psalmū. XCVII

Psalmus ipsi dauid.

Simplices isti tituli: planissima nobis verboruz positione subrident. Referunt eñ ad dñm saluatorem: de cui⁹ incarnatiōis gloria ⁊ secūdo aduētu psalmus iste dictur⁹ est: qui tāta varietatis gratia describunt: vt licet sint sępius p̄dicti: noui semp ⁊ mirabiles hūanis sensibus elucescāt. Hunc eñ de his reb⁹ tertiuz esse nō dubiū est. Sed isti qui vtrūq; aduētū dñi sub vna relatione cōplexi sunt: magna nobis sacramēta declarāt. In vno q̄ppe cōmonent: vt misericordē dñm querere debeamus: in altero vt futurū iudicē formidemus. Sic ista salutaris p̄ciosaq; cōiunctio: ⁊ spei nobis causas tribuit ⁊ timoris.

Diuisio.

Per totū psalmū ꝓphe ta loquit. In pma parte cōmonet: vt pplus christian⁹ cantici noui exultatione lętet: qñ mirabilis est christi dñi ꝓcessus aduētus. Scda parte: diuersis modis vberius dicit esse lętandū: q: expectatū iustis ei⁹ noscit ꝓuenire iudiciū: in quo sunt misc̄dia dñi p̄mia digna sumpturi.

Expositio.

Cantate dño canticū nouum. Propheta fideles admonet christianos: vt nouę regeneratiōis sacramēta sumētes: nouū canticū de dñi incarnatione cōcelebrēt. Nou⁹ eñ homo cantare debet canticū nouū: nō ille vetustus q̄ necdū adę pctā deponēs: in p̄uaricatione veteris hoīs pseuerat. Nouū vtiq;: q: nūq̄ aliqd simile mūdus audiuit. Nouū quod nulla vetustate sordescit: sed semp in sue dignitatis gratia pseuerat. Sz vnde veniat istud canticū nouū: subt aperit. **Quia mirabilia fecit† domin⁹. Saluauit† eū dextera ei⁹: ⁊ brachium sanctū eius.** Causa reddit cantici noui: quia mirabilia fecit dñs: sc; qñ cecis lumen: claudis gressum: surdis etiā donauit auditū. ⁊ cetera huiuscemodi q̄ ꝯtra vsum naturę hūanę facta: euāgelioꝝ text⁹ insinuat. Sed ista fecerūt ⁊ sancti eius: Audi qd̄ sequit: vt reuera intelligas rē singularē nouo cantico fuisse cōcessam. Saluauit eū dicit: id est: christū dñm: dum mūdi isti⁹ pctā nesciuit: du; triduana velocitate surrexit a mortuis. Sed qui eū saluauit: sb sequit: Dextera ei⁹: id est: omnipotēs verbū: nō q: alter est christ⁹: ⁊ alter omnipotēs verbū: qd̄ sibi nestoriana cōfingit insania: sed hoc vult intelligi: vt ipm̄ saluasse cognosceres: qui dixit: Potestatē habeo ponēdi aīam meā: ⁊ ptātē habeo iterū sumendi eā. Brachiū vero qd̄ addidit: sic ⁊ esaias ppheta de filio dicit: Et brachium dñi cui reuelatū est? Dextera ptinet ad opatōes mirabiles: brachiū ad fortitudinē singularē. **Notū fecit dñs salutare suū: † ante conspectū gentiū reuelauit iusticiā suā.** Notum fecit dñs salutare suū: id est: dñm saluatorē. Ipse ē eñ salutaris quē

simeon suscipiēs in manib⁹ suis: dixit in tē plo: Nunc dimittis dñe seruū tuū in pace: qm viderunt oculi mei salutare tuū. Ad exprimendā quoqꝫ rei clarissimā veritatē: sequitur: Ante cōspectū gentiū: sicut ꝛ hieremias dicit: Post hec in terris visus est: ꝛ cū hominib⁹ cōuersat⁹ est. Addidit: Reuelauit iusticiā suā: qꝛ prius sub quodā velamine predicat⁹ fuerat p ppphetas: quo subducto in aduentu ei⁹ ipsa facies veritatis apparuit. Et nota qd ipse dextera: ipse brachiū: ipse salutare: ipse patris dicatur esse iusticia: vt vnā illic substantiā: vnā intelligas esse potentiā. In qua eñ parte pōt esse diuisus: q nō silia sed omnia ipsi⁹ habere firmatur? Sic ipse in euāgelio dicit: Omnia patris mea sunt: ꝛ oia mea patris sunt. †Memor fuit miscdie sue† iacob: et veritatis sue domui israel. Uiderunt omnes† fines terre salutare dei nostri. Memor fuit dictū est: qꝛ pmissa cōpleuit. Hec est aūt pmissio quā esaias pphetauit dicens: Uidebit omnis caro salutare dei. Huic aūt pmissioni aptū nomē impositū est: Miscdie sue: vt creator celi terreqꝫ homo fieri dignaretur: ꝛ hūanū genus pctōrū vinculis obligatū: aduētus sui beneficio liberaret. Jacob: sicut sepe diximus: ppl'm noui testamēti: nō incōgrue videmur accipere: qꝛ sicut iacob fratri benedictōe anterior extitit: cū postea natus fuerit: ita ꝛ christiana plebs priorē populū synagoge fidei gressibus antecessit. Et ne intellectū nostrū diuersa nominū dissilitudo cōfundat: perscrutemur quare additū sit: Et veritatis sue domui israel: vt nō solū hoc datū intelligeremus ppl'o: qui post aduentū dñi dictus est christian⁹: sed etiā illi q eū de virgine nasciturū esse crediderunt. Israel eñ significatur omnis fidelis: q deū pura mēte cōspexerit. Miscdiam posuit i iacob: ꝛ veritatē in israel. Miscdia quippe fuit: qñ hominē liberatur⁹ aduenit. Ueritas: qñ sancti facie ad faciē videbūt: quē hic: sicut dicit apl's: in enigmate p speculū cōtuentur. Addidit. Uiderūt omnes fines terre salutare dei nostri. Quo dicto hereticoꝝ prauitas ois exclusa est: qui putāt dñi saluatoris localē cōcessā terris fuisse culturam. Uiderūt dicit: mēte cōspexerūt: qd p totū mundū cōstat effectū. Quāti sunt eñ qui eū carnalib⁹ oculis in iudea gēte videre potuerūt? Sed cū hic dicat: Oēs fines terre: dubiū nō est ad fidē esse referendū: vt nobis possit veritas constare vboꝝ. Jubilate† deo omnis terra: cantate ꝛ exultate ꝛ psallite. Uenit ad secundā partē: in qua cōmonet diuersis modis ac deuotis esse gaudendum. Sed ad iudiciū dñi cōpetenter ista referuntur: in quo ꝛ psalm⁹ iste noscitur terminat⁹. Jubilate dictū est: cū magna delectatione in vocis gaudiū psilite: vt qd non pōt explicare sermo cōfuse vocis: declaret eruptio deuota gaudētis. Ois terra: vniuersalē designat ecclesiā: que in aduentū dñi spem suā integra deuotione reposuit. Sequitur. Cantate ꝛ exultate ꝛ psallite. Uerba eñ hec qꝛuis videantur esse silia: aliqua tñ discretione separantur. Cātare: est grauissimi xpiani oris officio laudes dño psonare. Exultare: cum magna affectione animi vota declarare. Psallere: bonis operib⁹ dñi mādata cōplere. Qd ideo cōmonet multipliciter fieri: qꝛ diuersa ibi gaudendū est varietate virtutū. Que figura dicitur homoptoton: qꝛ in similes sonos exierūt vba diuersa: id est: iubilate: cātate: exultate ꝛ psallite. Psallite dño in cithara: in cithara ꝛ voce psalmi. Pulcherrima sibi copulatione verba ista sociata sūt: vt quādā harmoniā ꝛ ipsa de se facere videantur. Adhibentur enim instrumēta artis musice ad exercendū op⁹ celeste: qd necessarie dicitur: vt illa pfectio p quasdā siltitudines indicetur. Psallit eñ dño in cithara: q p actū carnalē mandata diuinitatis opatur: qui esurienti panē fregit: nudū vestiuit: pstitit solaciū destituto. ꝛ cetera que possunt supnis iussionib⁹ applicari. Sequitur. In cithara ꝛ voce psalmi. Eadē pposterata verba subiunxit: vt qd vis prius eorū facias: totū tñ ad dñi gratiā ptinere cognoscas. In tubis ductilib⁹ ꝛ voce tube cornee. Jubilate in cōspectu regis dñi. Respiciamus omnia hec vba diuinis mysterijs eē plenissima. Duo genera fuisse tubarū ad quasdā similitudines exprimendas apud hebreos: numerorū nobis liber insinuat. Unū qd argento ductili formabantur: hoc ad spiritūsanctū qui p ppphetas locut⁹ est cōpetenter aptatur. Ar-

Al. dño

ET

℞

Schē

gente⁹ eñ a mūdicia dicit̃ ⁊ cādoꝛe verbo-
rū: sicut alibi ipse dicit: Eloquia dñi eloq̃a
casta: argentū igne examinatū ꝓbatū ter-
rę purgatū septuplū. Ductilib⁹ aūt signifi
cat: q2 fideles diuersis passionib⁹ tūsi: dño
largiēte ꝓficiūt: ⁊ tāto plus crescūt: quāto
ampli⁹ duri mallei fuerint iteratiōe ꝑcussi.
Malle⁹ eñ est diabol⁹: de q̃ ꝓpheta dicit:
Cōtrit⁹ est malle⁹ vniuersę terrę. Vox ē au
tē tubę corneę: patiētię fixa tolerātia: q̃ ve-
lut cornea substātia in viris fidelib⁹ amore
dñi ꝑseuerat. His ḡ tubis psallit dño: qui
vtrisq3 virtutib⁹ deuot⁹ exultat: qui ⁊ dñm
mūdo corde p̄dicauit: ⁊ eius misc̃diam pa-
tiētię virtute sustinuit. Sequit̃. Jubilate
in ꝯspectu regis dñi. Cōpleta est in hoc co-
mate q̃ in superioꝛib⁹ partib⁹ suspēsa vide-
bat̃ esse sentētia. Hic eñ dicit: vbi sit iubi-
landū: vbi cātandum: vbi exultandū: vbi
psallendū: vbi in psalmo citharizādū: vbi
in cithara psalmizandū: vbi iubilādum in
tubis ductilib⁹ ⁊ corneis: sc3 in ꝯspectu re-
gis dñi: qñ in illa iudicatiōe iusti p̄mia ꝓ-
missa recipiēt. Per has eñ varietates: sig-
nificat̃ diuersis sctīs opib⁹: diuersis donis
in cōspectu dñi esse gaudēdū. Siue ista sic
dicit hic esse faciēda: vt semꝑ ad eū mentis
dirigat̃ itētio. †**Cōmoueat̃ mare ⁊ ple
nitudo ei⁹: orbis terrarū ⁊†vniuer
si q̃ habitāt i†ea.** Hic iā terroꝛ futuri iu-
dicij ⁊ impioꝝ formido describit̃: qñ mare
illud qđ est in pectoꝛib⁹ impioꝛū delictoꝛū
suoꝝ recordatōibus cōmouet̃. Plenitudo
aūt ei⁹ merito dicta est: sc3 q2 multa pctā in
gentes excitāt fluctus: ⁊ tūc magis plenissi
me cōmouet̃: qñ se re⁹ nouit esse dānandū.
Sequit̃. Orbis terrarū. Vtiq3 ⁊ ipse cōmo
uēdus est: qñ in noua facie venire p̄dictus
est: sicut legit̃: Erit celū nouū ⁊ terra noua.
Addidit: Et vniuersi q̃ habitāt in ea: vt re-
uera hoc itelligeres de hoibus dictū: de q̃-
bus supius figuratim dixit: cōmoueat̃ ma
re. **Flumina plaudent†manib⁹ in
idipm: mōtes exultabūt†ante faciē
dñi: qm venit iudicare terrā.** Freq̄uē
ter dixim⁹: scripturas diuinas diuersas sili-
tudines loqui: vt ⁊ impijs celata sint q̃ di-
cunt̃: ⁊ fideles ad ea ꝑquirēda studiosi⁹ in-
citent̃. Vñ ⁊ hic per allegorias multiplices
dño dicit esse cantādū. Allegoria est eñ ali

Ps. ij | Hiere. 50 | Al. Moueat | Al. nō h3 | Al. eo | Esa. 65 | Al. māu: simul | Al. a cōspectu

ud dicēs: aliud significās. Mare siquidem
supius pctoꝛib⁹ cōparauit: nūc flumia san-
ctos viros significāt: q̃ bonas opas cęlesti
vbertate manauerūt. In idipum: id est: in
dño saluatoꝛe: cui p̄dictā operā exhibuisse
monstrant̃. Sed respice: qm̄ hęc oīa sub al
lusione sunt. Qñ eñ manus habent flumi
na: nisi fuerint sctīs hoib⁹ cōparata? De q̃-
bus dictū est. Qui credit in me flumina de
vētre ei⁹ fluent aquę viuę. Sequit̃. Mon-
tes exultabūt añ faciē dñi. Mōtes: ⁊ in bo
no ⁊ in malo plerūq3 poni manifestū ē. Im
pij eñ supbis nisib⁹ intumescūt: ⁊ ad duri-
ciā saxorū obstinato corde ꝑueniūt. Man-
sueti aūt mētis soliditate firmissimi sunt: ⁊
q̄uis pia hūilitate curuent̃: spe futurę bea-
titudinis in sūmitates solidissimas erigū-
tur. Hi sunt q̃ dño adueniente gaudebūt:
qm̄ in futuro iudicio ꝓmissiōis ipsi⁹ dona
recipiēt. Addidit: Qm̄ venit iudicare ter-
rā. Hic terrā oēm pctoꝛē cōpetēter aduerti-
mus: q2 terrena sp vitia ꝯcupiscūt. Vides
totū sensū ad illud iudiciū tēpus esse ꝑduc-
tū: vt oia q̃ dicta sunt illi intelligeres posse
cōgruere. **Judicabit orbē†terre in
iusticia: ⁊ pplos in equitate.** Hic or-
bis terrarū impijs est nihilomin⁹ applican-
dus: q̃ frequēter terrę appellatiōe declaran-
tur. Isti sub iusticia iudicādi sunt: q̃ ꝑtina-
cia sua nulla remissiōe liberant̃. Pplos au
tē: significat eos q̃ ex hebreis fideles ꝓbati
sunt: ⁊ q̃ deuoti ex gentib⁹ aduenerūt. De
quib⁹ ait: Habeo aūt ⁊ alias oues q̃ nō sūt
ex hoc ouili: opoꝛtet me ⁊ eas adducere: vt
fiat vn⁹ grex ⁊ vnus pastoꝛ. Isti ḡ ppli in eq̄
tate iudicādi sunt: qm̄ ibi p̄mia recipient q̃
hic ꝓpter nomē dñi grauissima pericula ꝑ-
tulerūt: sicut dicit aplus: Omnes eñ stabi
mus añ tribunal dei: vt recipiat vnusq̄sq3
ꝓpria coꝛpoꝛis ꝓut gessit: siue bonum siue
malū. Istud tñ iudiciū vbi fiat: euidēter ex
ꝑssum est. Dicit eñ iohel ꝓpheta: Congre
gabo oēs gentes ⁊ educā eas in cōuallē io
saphat: ⁊ disceptabo cū ill' ibi ꝓ pplo meo:
⁊ ꝓ hereditate mea israel. **Cōclusio.**

Quid est hoc qđ instrumēta musica
frequēter posita reperimus in psal
mis: q̃ nō tā vident̃ mulcere auriū
sensū: ꝟ ꝓuocare potius coꝛdis auditū? S3
qm̄ ille sonus ⁊ modulatio tibiarū a sacris

Jo | Al n | Jo | R | Jo

mysterijs nostra nihilomin⁹ etate discessit: restat vt intelligentiã huius rei spiritualiter ꝑquirere debeam⁹. Musica est disciplina que rerũ sibi cõgruentiũ: id est: sonorũ differẽtias ꝛ ꝯueniẽtias ꝑscrutat̃. Hec merito ponit̃ ad rerũ spũalium similitudines explicãdas: qm̃ cõcentus ei⁹ virtute incõuenientie subsistit. Nã siue qñ psalmodiã dicimus: siue qñ mãdatis dñi operã volũtarie impẽdim⁹: dulcissime harmonie gratia tẽperamur. Et si causas huius rei alta deliberatiõe ꝑpendas: q̃libet creatura rationalis si auctoris sui viuat imperio: ab hac cõuenientia nõ ꝓbat̃ excepta. Merito ĝ incessanter ꝑcipimur dño psallere: in psalmo citharizare: in cithara psallere: iubilare in tubis ductilib⁹ ꝛ corneis: vt dubiũ nõ sit hec instrumẽta dulcisona ꝓbabiliũ actuũ nobis indicare cõcordiã.

Explicit expositio in psalmũ. XCVII
Incipit expositio in psalmũ. XCVIII

Psalmus dauid.

Dignitatẽ isti⁹ nõis satis admirari nõ possũ: qd̃ in titulis sp̃ affixũ aciem nostre mẽtis erigit ad dñm christũ. Ipsi⁹ eñ honor in h̃ psalmo potẽtiaq̃ cantat̃. Sed quãta laus est sanctissimi viri vt ꝑ eius nomẽ eximiũ tãte significet̃ maiestatis arcanũ. Per dauid eñ: ꝛ ꝑsonã loq̃ntis aduertim⁹: ꝛ christũ manufortẽ desiderabilẽq̃ sentim⁹. Quapropter eximio ꝑcone recognito: magni iudicis ꝑstolemur aduentum.

Diuisio psalmi.

In p̃ma sectione: cõmonet ꝓpheta vniuersos ꝑp̃los christo dño cõfiteri: q̄ iudiciũ ꝛ iusticiã in iacob fecisse declarat̃. Scd̃a: cõmonet plebẽ vt adoret dñm saluatorẽ: q̃ moysi ꝛ aaron ꝛ samuel ꝓpitius fuisse dinoscit̃: q̄ ꝑcepta ei⁹ custodisse mõstrant̃. Vñ exaltandũ ꝛ adorãdũ dicit esse dñm: qui fideles suos exaudire dignatus est.

Expositio.

Domin⁹ regnauit irascantur ppl̃i: qui sedes sup cherubin moueat̃ terra. Cũ dicit eñ: Domin⁹ regnauit: exponit qm̃ gloriã sue resurrectiõis ostẽdit: nõ vt añ credit⁹ est nõ posse regnare quẽ iudei videbant̃ extinguere: Sed hic illud tẽpus ostendit̃: qñ ipse post resurrectionẽ suã dixit: Data ẽ mihi oĩs potestas in celo ꝛ in terra. Sequit̃. Irascãtur ppl̃i: nihil vltra nocituri. Magno eñ grauitatis põdere deridenť: quoꝝ doli atq̃ versucie nihil penit⁹ nocuisse declarant̃. Nam qd̃ dixit: Irascant̃: nõ ꝑcepit ꝓpha ad aliqd̃ facin⁹ ppl̃os cõmoueri: ſ vt sibi poti⁹ irascant̃: q̃ rẽ ꝓbati sunt fecisse nefariã: vt cito ad ꝯuersionis salutẽ veniãt: cũ ꝓpria volũtate sua ceperint facta dãnare. Qd̃ si ad litterã velis accipe: q̃dã videt̃ vrbanitas: sic̃ ꝛ in actib⁹ ap̃loꝝ legit̃: pontifici Paulũ dixisse ꝑcussũ: Feriat te de⁹ paries dealbate. Et paulopost increpat⁹ dixit: Nesciebã fratres: qd̃ p̃nceps ppl̃i esset. Scriptũ ẽ eñ: Principẽ ppl̃i tui ne maledixeris: nõ q̄ nesciebãt: ſ q̄ p̃ncipẽ eũ ppl̃i sub quadã vrbanitate denegauit. Ita ꝛ hic dictũ est: Dñs regnauit irascant̃ ppl̃i: id est: nihil vltra nocituri. Qd̃ nõ ad exhortationẽ sed ad derisionẽ videt̃ poti⁹ ꝑtinere. Que figura dicit̃ Astismos: latine vrbana dictio: venustatis ꝛ facetie causa cõposita. Seq̃t̃. Qui sedes sup cherubin moueat̃ terra. Tu q̃ sedes: indicatiu⁹ modus est scd̃e ꝑsone. Ad ip̃m eñ dñm verba ꝯuertẽs: hãc sentẽtiã finit. Cherubin: hebreũ nomẽ est: significãs plenitudinẽ sciẽtie: vbi q̃si in throno suo dñm insidere manifestat. Nã ꝛ hoĩes insidet: q̃ plenissima fide atq̃ opeꝝ ꝓbitate complent̃. Adiũxit: Moueat̃ terra. Siue illud significat qd̃ supi⁹ dixit: Irascãt̃ ppl̃i: Siue magis ad ꝯuersionẽ pctõres postulat cõmoueri: q̃ sic iã dictũ ẽ: terra merito nũcupant̃: q̄ terrena vitia ꝯcupiscũt. Dñs in syon magn⁹: ꝛ excelsus sup oẽs ppl̃os. Ut deũ illũ quẽ dixit sedere sup cherubin: dñm xp̃m euidẽter aduerteres: exp̃ssit: Dñs in syon magn⁹: q̃ in hierosolymitanis partibus hõ apparere dignat⁹ est. Et intẽde v̾ba q̃ dicit: Dñs magnus. Ne q̃s eũ ꝑ passiõis hũmilitate putaret esse tẽnibilẽ: addidit: Et excelsus sup oẽs ppl̃os: qm̃ ille quẽ irreligiosa mẽte ꝯtẽpserãt: rex excelsus sup oẽs populos eminebat. Syon aũt interp̃tat̃ speculatio: qd̃ est eccl̃ia: i q̃ dñs spũalit̃ inesse reuerẽda sp̃ ꝯtẽplatione mõstrat̃. Cõfiteãt̃ nõi tuo magno† ꝛ terribili: qm̃ sanctũ est. Post apparitionẽ carnis: q̃ facta est in syon: ꝯfitẽdũ dicit ppl̃is dño saluatori: de q̃bus supi⁹ dictũ est: Irascant̃ ppl̃i.

Margin: Mt.28 · Act.23 · Exo.22 · Sche · Rp̃ · Rp̃ · Al. qm̃ terribile et

Sic em̄ in eccl'ia catholica q̄tidie fieri videmus: vt q̄ prius fuerūt blasphemi: paulopost sint dn̄o p̄stante correcti. Magnū aūt dictū est nomē ei⁹: q2 vbiq3 dilatatū ē. Terribile: q2 ipse ventur⁹ est iudicare viuos et mortuos. Sanctū: q2 imaculata τ celesti cōuersatiōe pmansit: sic τ alibi dicit de ipso: Qm̄ magnificauit dn̄s sctm̄ suū: sicut τ mare dictū est ab angelo: Propterea qd nascetur ex te sctm̄ vocabit' fili⁹ dei. **Et honor regis iudiciū diligit. Tu parasti equitate.** Superi⁹ dixerat: Cōfiteāt' p̄pl'i nōi tuo: mō queadmodū pfiteri debeāt euidēter exponit. Honor em̄ regis: ē p̄dicatio gl'iosa: quā illi sp offerim⁹ cōfitēdo. Judicium diligit: hoc est: vt deliberādo atq3 tractādo debeam⁹ diligere creatorē. Nō em̄ ille aut labili volūtate: aut caduca mēte colēdus est: s3 fixa τ pspicabili deliberatiōe sentētie: sicut solet sp puris cordib⁹ apparere. Sequit'. Tu parasti eq̄tatē: vt agnoscerēt homines ab ipso hoc mun⁹ attribui: q̄ possint hāc intelligere vel facere cōstanter eq̄tatē. Deniq3 sensū istū euidētius seq̄ns versus ostēdit. Siue vt q̄busdā placet: honor regi est dānatio iusta nocentiū: qm̄ iniq̄tate punita: gloria regis sp auget'. **Judiciū τ iusticiā in iacob tu fecisti.** Judiciū fec' in p̄p'lo fideli: qn̄ ei donauit bonū maluq3 discernere. Justiciā vo: cū relictis idolis: creatori suo meruit hūili deuotione seruire. In iacob aūt: in vnoquoq3 fidele dicit: q2 nois isti⁹ cōmemoratiōe p̄p'lus deuot⁹ ostendit'. Tu fecisti: q2 nemo est ali⁹ p̄ter ip̄m q̄ instituit τ firmauit eccl'iam: sic dicit apl's: Fundamentū em̄ aliud nemo pōt ponere: p̄ter id qd positū est: qd est xp̄s iesus. **Exaltate dn̄m deū nostr̄: τ adorate scabellū pedu3 ei⁹: qm̄ sctm̄ est.** Uenit ad scd'am sectionē p̄pha: in q̄ p̄p'los deuotos cōmonet: vt nomē dn̄i magnificare nō desinant: quaten⁹ illū p̄dicando: ipsi potius exaltari posse videant'. Ceterū ille hūanis virib⁹ (sicut sepe dictū est) non indiget adiuuari: q̄ est sūma virtus τ toti⁹ maiestatis adoranda pfectio. Sequit'. Et adorate scabellū pedū eius qm̄ sanctū est. Qm̄ beatus augustin⁹ diligētissimus exq̄sitor: corpus dn̄i qd de maria virgine sumpsit: scabellū diuinitatis eius asseruit debere sentiri: p̄pter naturā humanitatis quā est dignatus assumere. Illi em̄ virtuti esse subiectū atq3 vnitū: omnib⁹ creaturis cōstat excelsius: sicut dicit apl's: Qd infirmū est dei forti⁹ est hominib⁹. Et alibi de eodē mediatore dei τ hoim: hoie christo iesu apl'us dicit: Propter qd deus exaltauit illū: τ donauit illi nomē: qd est sup omne nomē: vt in noie iesu omne genu flectat' / celestiū / terrestrium τ infernor̄. Nūc dicendū nobis est q̄d in isto versu pedes ei⁹ significare videātur: sc3 stabilitatē diuinitatis: que sp in nature sue omnipotēti gloria tāq3 pedū indefecta stabilitas pseuerat. Hui⁹ ḡ verbi assūptū corpus: q̄uis gloriosū: q̄uis magnu3: q̄uis adorabile: tn̄ p̄pter hūilitatē hūanitatis: scabellū pedū competēter accipim⁹. Nā cū ipse dicat: Celū mihi sedes est: terra aūt scabellū pedū meorū: corpus terrenu3 qd de maria virgine sumpsit: bn̄ vt opinor eadē silitudine scabellū pedū ei⁹ pbat' intelligi. Et nota q2 nō dixit: Qm̄ sanct⁹ est: sed qm̄ sanctū est: sc3 vt corp⁹ a deitate mētis ptēplatione discerneres: sed ad vnā psonā referres: id est: ad verbū qd caro factū est: τ habitauit in nobis. Pedes etiā diuinitatis p Tropologiā dici: sicut τ scabellū dictū est: etiā sic forsitan debem⁹ accipere: vt extrema tēporis designet: qn̄ dn̄s incarnari dignat⁹ est. Unde τ iohānes euangelista dicit: Filioli nouissima hora ē. Paulus q3 apl's dicit: Cū venisset plenitudo tēporū: misit deus filiū suū factū ex muliere: factū sub lege **Moyses τ aaron in sacerdotib⁹ eius: τ samuel int' eos qui inuocāt nomē eius. Inuocabat dn̄m τ ipse exaudiebat eos.** Jō p̄sce auctoritatis magnos viros posuit: eisq3 gratiā dn̄i asserit fuisse pcessam: vt ad similē deuotionē fideles p̄p'los incitaret. Et nota q2 hic moysen sacerdotē dicit: dū sic i heptateucho nō legat': Qui τ si hostias nō offerebat sicut aaron frater ipsius: vota tn̄ p̄p'lorū corā deo sp exhibuit: qd sacerdotis officiū esse mōstrat'. Quapropter merito τ hic sacerdos dicit': qui magnis p̄cibus irascēte dn̄o p p̄p'lo supplicauit. Samuel autē in tēplo dn̄i p̄dicabili sanctitate cōuersat⁹ est: qui dauid vnxit in regē. Sed qm̄ sacerdotis nō accepit officiū: q2 erat de tribu ef-

Ps. 4 / Luc. j / Al. directiōes / j. Cor. 5 / j. Co / Phi / Esa / Jo / j. J / Ga

fraim: vnde sacerdotes fieri nō licebat: addidit de ipso: Inter eos qui inuocāt nomē eius: q2 noiatim pcurrere nō poterat: quos multitudo infinita dilatabat. Adiecit: Inuocabāt dñm 7 ipe exaudiebat eos. Quātū valeat sinceritas orationis: in breuitate declaratū est: q2 fideliter supplicātes efficaciter audiebat. **In columna nubis loquebat ad eos. †Quia custodiebant testimonia ei⁹: 7 †pcepta eius que dedit illis.** Nō vacat qd dictū est: In colūna nubis: q2 semp res ista in edificatiōe domus p fortitudine ponit 7 decore. In hac g specie loquebat illis dñs: que venturā fabricā eccl'ie nūciabat. Sed q2 illis tūc p nubē verba fecit: nobis p sanctuz scabellū suū: id est: p incarnationē 7 loqui euidētius 7 apparere dignat⁹ est. Scabellū omnib⁹ tēplis excelsi⁹: omnib⁹ spiritualibus creaturis multo pstantius: sicut dicit apl's: Cui aūt angelo2 dixit: sede a dextris meis? Sed quid mirū si ille scabellū dicit qui se vermi: scarabeo: herbe fullonū / 7 angulari lapidi cōparauit? Nō vtilitatis intuitu: sed hūilitatis affectu: quā sumēdo tantū fecit excelsā: quātū pus fuit in hoc mundo paruissima. Sequit. Quia custodiebāt testimonia ei⁹: 7 pcepta ei⁹ que dedit illis. Reddit causas quare eos exaudire dignaret dñs: q2 ipse illū vere diligit q eius mandata custodit: sicut ipse discipulis dicit: Si me diligitis mādata mea seruate. Testimoniū: est p signa aliqua pcedentis rei posita significatio: sic i heptateucho dic: Hoc erit vobis in testimoniū. Precepta em ptinēt ad legē: quā p moysen visi sunt accepisse. Unde ostēdit efficacissime placere deo: qn a nobis ei⁹ cōpletur imperiū. **Dñe deus noster tu exaudiebas eos: de⁹ tu ppitius fuisti †illis: 7 vindicans in omnia studia eo2ū.** Dicēdo: Tu exaudiebas: 7 tu illis ppitius fuisti: ostendit quidē desideria sancto2 in bonis petitionibus fuisse cōpleta: eosq3 beneficia suscepisse que videbantur necessario postulari. Sed addidit: Et vindicās in omnia studia eo2ū. Hoc ppterea positū est: ne semp nos quererem⁹ audiri: qn vtrūq3 in ipsis videt impletū. Cognoscim⁹ em eos: 7 interdū exauditos fuisse cū peterēt pspera: 7 iterū in studia eo2 vindicatū: ne hūana illis elatio surripere potuisset. Nā quis aliqui fideles sint: 7 magna deuotione venerandi: oportet in eos p tēpore vindicari: ne co2 eo2 ad superbiā videat posse deduci: sicut 7 apl's dicit: Et ne magnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ est mihi stimulus carnis mee: angelus sathane qui me colaphizet: ppter quod ter dñm rogaui vt discederet a me: 7 dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nā virt⁹ in infirmitate pficit. Quapropter audiuimus exauditos: 7 in eis intelligam⁹ etiam vindicatū: vt cognoscam⁹ misericordē christū vtrūq3 fecisse ppitiū. **Exaltate dominū deū nostrū 7 adorate in mōte sancto ei⁹: qm sanct⁹ est dñs deus noster.** Et supius quidē pars versus isti⁹ legit vbi facta diuisio est: sed ibi subiunctū est: Et adorate scabellū pedū eius: hic aūt nō montē: sed in mōte sancto dñm pcipit adorari: qd ad montē syon: q est ecclesia referri posse nō dubiū est: q est montiū mons: 7 sancta sancto2: cui⁹ ipse habitato2 est xp̄us. Sic vtrunq3 in sctā ecclesia dicit esse faciendū. Notādū est aūt: qd sanctū dñm in sancto mōte pcepit adorandū: qm sicut laus eius nō puenit o2i prauo: ita nec eius culture loci potest cōgruere turpitudo.

2. Cor. 12

Conclusio psalmi.

Consideremus faciē huius psalmi: quasi duob⁹ luminibus splendere pulcherrimis. Incredulos terret: vt ad supplicationē deuotissimā pducant: fidelib⁹ christū dñm adorare pcipit: q2 ipse nouit exaudire quos diligit. Beata plebs q de tali gaudet impio. Uitale quippe desideriū est: agnoscē 7 amare creato2ē. Quapropter exultationē nobis moueat audit⁹ dñs christ⁹. Fidelis serui est diligere dñantem. Nā qui nō habet carissimū gubernato2ē suū: ipse se pfitetur ho2rendū. Natura qppe rerū est: vt ab eo te diligi posse nullatenus arbitreris: quē cara mēte nō appetis. Diligamus igit vt amemur: queram⁹ vt inueniamus: pulsemus vt ad eū accedere valeamus. Cōtra omnes amētias est eū tepide querere: quē tibi cognoscis eterna beneficia posse pstare.

Explicit expositio in psalmū. XCVIII

Incipit expositio in psalmū. XCIX

Psalmus in cõfessione.

Cum frequẽter in psalmis posita sit ꝓ rerũ oportunitate cõfessio: hic tñ in titulo singularit̃ ꝓbat̃ ascripta: reuera q₂ tot⁹ hic psalmus ad vtrasq₃ ptinet cõfessiones. Una est: qñ pctã nostra de promẽtes culpabiles nos reosq₃ ꝓfitemur: ⁊ miscđiam dñi ꝯcedendã nobis pijs fletibus exoram⁹. Altera: cũ siue nobis benefi cia collata laudam⁹: siue alijs ꝙstita cũ magna exultatiõe veneramur. Cõfessio eñ q̃si ꝯfactio dicit̃: siue penitẽtia: siue laus mltoꝝ ore celebrata: q̃ ideo sic dicit̃: vt ad plurimos ptinere monstret̃. Diuisio.

In ꝑma parte psalmi ꝓpheta cõmonet vniuersitatẽ: vt dñm debeat sб magna iocũditate laudare: q₂ tãti dñi triste nõ decet esse seruitiũ. Et ne semꝑ hoc genere ꝯfessiõis vtendũ crederet xp̃ianus: Secũda parte dicit: vt maloꝝ nostrorũ delicta penitentes: indulgẽtię ipsi⁹ portas intrare mereamur: q₂ misericordia eius ꝑmanet in eternũ. Expositio.

Iubilate deo oĩs terra. Sollicit⁹ ꝓpheta de ꝑplo fideli: ne se putaret sб anxietate tristicię xp̃o dño seruiturũ: primũ a iubilatione cępit: q₂ ipa est iusti ꝑfecta deuotio: dño sub mẽtl iocũditate famulari: sicut ⁊ aplʼs monet: Semꝑ gaudete: sine ĩtermissiõe orate: in oib⁹ gratias agite. Et ne q̃s se minime crederet euocatũ: addidit: Oĩs terra: vt ipse inter hoĩes nõ videat̃ existere: q̃ hãc vocẽ detrectat audire. Iubilatio est eñ: sicut sepe diximus: magnę mẽtl gaudio cõmoueri: nõ tñ in articulata verba ꝓrũpere. Nã qđ dixit: Iubilate. Et subiunxit: Oĩs terra: frequẽter ⁊ ꝑ casus noim discrepantes: magnos indicat sensus. Nã cũ Terra singulari numero denũciet̃: Iubilate dic: qđ ad pluralẽ numeꝝ certũ est ptinere: vt hãc terrã ad hoĩes: nõ ad tellurẽ estimares esse referẽdã: qđ allegorice cõstat intelligi. Allegoria est eñ figura aliud dicens: ⁊ aliud significãs. Seruite dño in leticia. †Intrate incõspectu ei⁹ in exultatõne. Licet seruitia dñi diuersis videant̃ officijs expediri: vt sũt ordines ecclesiastici: monasteria fideliũ: heremitę solitarij: laici deuoti: omnia tñ ad ista tria ṽba ꝓprie referunt̃: vt dño sub leticia seruiat̃: nõ in murmuratiõe aut amaritudine mẽtis: sicut factũ est in deserto: qñ ꝯtra dñm iudaic⁹ ꝑplʼs murmurauit. Sed ista leticia vtiq₃ caritas est: q̃ sicut dicit aplʼs: nõ inflat̃: nõ agit ꝑperã: nõ est ambiciosa. ⁊ reliqua: q̃ hanc virtutẽ egregiã mirabili narratione describũt. Quapropter illi sub leticia dño seruiũt: q eũ supra cũcta diligũt: et inuicẽ se fraterna caritate respiciũt. O libera seruit⁹: o seruitiũ suꝑ cunctas dñatiões eximiũ: qbus talis leticia tribuit̃: q̃lis in regnoꝝ glĩa nõ habet̃. Sed istam leticiã q̃ in h mũdo ꝙcipit̃: vide q̃le ꝑmiũ subsequat̃. Dicit eñ: Intrate in cõspectu ei⁹ in exultatione. Multo difficili⁹: multo ꝙstanti⁹ est ante tãti iudicis gaudere cõspectũ: vbi sic cõuenire cõsciẽtia cõmonet̃: vt gaudia tũc sumat hũilitatis: qñ suꝑbis omnib⁹ ꝓbat̃ esse terribilis. Scitote qm̃ dñs ipse est deus: ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. †Nos aũt pplʼs eius ⁊ oues pascue eius. In capite versus hui⁹ ꝯtra ꝑfidiã loquit̃ iudeorũ: qui dñm saluatorez nõ putãdo deũ: in creatorẽ suũ manus inijcere ꝙsumpserũt. Scitote dixit: intelligite qđ iste dñs quẽ dei filiũ minime credidistis: Ipse est de⁹ qui fecit celũ ⁊ terrã: qui nos quoq₃ ad suã imaginẽ silitudinẽq₃ plasmauit. Et ne putarẽt hũanã creationẽ patrũ semina esse deputandã: adiecit: Et nõ ipsi nos. Nã q̃uis natiuitati nostrę ministeriũ ꝑbeat carnalis operatio: tñ ille in hũc mũdũ nos ꝓbat̃ adducere: qui cuncta facit ad existẽtiã ꝑuenire. Sequit̃. Nos aũt populus ei⁹ ⁊ oues pascuę eius. Uenit ad ꝑplm fidelẽ ꝑ cõparationes pulcherrimas: quid sit ostendẽs: Oues: q₂ simplices sũt: ⁊ ipse earũ pastor est verus. Pascua eius: id est: diuinarũ scripturarũ copiosa ⁊ dulcis epulatio. Ipsa sunt pascua: quib⁹ fidelis anima saginat̃: ⁊ ad futurę beatitudinis amena ꝑducitur. Sic istis tribus versibus cõplexus est: quid agere: quid credere: qd intelligere debeat christian⁹. †Intrate portas eius in confessione: atria eius in hymnis †cõfessionũ. Laudate nomen eius. Uenit ad secundã partez: vt q₂ supius dixerat in dñi laudib⁹ esse iubilãdũ: nũc doceret queadmodũ illi vnusquisq₃ debeat cõfiteri. Portę dñi: sunt hu-

Marginalia: ET — i. Thessal. 5 — P — Sche — P — Al. Introite — i. Cor. 13 — Al — Al — Al

mnis penitētiā: baptismū sacrum: caritas sancta: elemosynę: miscōia: cęteraq mādata: p quę ad ei⁹ possum⁹ puenire cōspectū. Hortat ergo ppheta: vt p hanc hūilitatis cōfessionē: pmo ianuas miscōię dñi intrare debeam⁹: ne nos extra ouilia seuiētis lupi possit rapacitas iuenire. Adiecit: Atria ei⁹ in hymnis cōfessionū. Atria eius: ⁊ hic subaudis: intrate. Significat enim pphetas: euāgelistas: ⁊ quicūq dño aspirāte docuerūt. Dicta eī illoꝝ dñi cōstat esse palacia: qñ ipse in eis inuenit: si deuota mēte pquiritur. Sed vt hāc cōfessionē diuideres a priore: posuit: In hymnis: qualis fuit illa dñi saluatoris: cum dixit: Cōfitebor tibi pater dñe celi ⁊ terrę. Nō eī p suis peccatis aliquid cōfessus est: sed laudes patri sincera dilectione psoluit. Congruus eī ordo seruatus est: qꝛ dū illa prius offert: ista iam secura subsequit. Addidit: Laudate nomē ei⁹. Ubi ponenda subdistinctio est: qꝛ sequēti versui cōstat esse inngendū. Qm̄ suauis est dñs in eternū misericordia ei⁹: ⁊ vsq in seculū seculi veritas eius. Ne quis se putaret laudando fatigari: aut cōtinuo labore flaccescere: causaꝫ reddidit quare pdicandū est nomen eius: id est: qm̄ suauis est dñs. Qñ eī puenit in suauitate defect⁹: aut pōt anim⁹ expleri vbi semp pficit appetit⁹? Delectatio ista nescit habere fastidiū: vbi sic mens cōsolata reficit: vt nullaten⁹ tñ eius desideria deponant. Et ne suauitatē quā dixit crederes esse tēporalem: In eternū dicit ei⁹ miscōiam pmanere: qꝛ cū semel pstiterit futura bona: ab ipo tñ ppetue seruantur illesa. Adiecit: Et vsq in seculū seculi veritas ei⁹. Seculū seculi: ⁊ istud significat qđ nūc agit: ⁊ illud qđ credim⁹ esse venturū: qm̄ ⁊ hic est veritas dñi: sicut legit: Ueritas de terra orta est: ⁊ in illo seculo: vbi pmissionū eius dona cōplentur: ⁊ ipse cū sanctis suis gloriosa pennitate regnabit.

Cōclusio psalmi.

Mirabiliter hic psalm⁹ vtrasq nos cōfessiōes edocuit: vt ⁊ alacres domino iubilem⁹: ⁊ pctōꝝ nostrorum vulnera sine intermissione plangam⁹. In hoc eī mūdo: vtrūq necessariū est: vt nec in tristicia desperet dei seru⁹: nec iterū animus ei⁹ psperi reddat elatus. Nā sicut sanitas hoīs humorū pace consistit: ita pfectus est christian⁹ q̄ fuerit inter harū rerum vicissitudinē immobiliter tēperat⁹. Suscipiam⁹ ergo alacri mēte: q̄ dicta sunt. Qualis eī sit ista deploratio: ex hoc dat intelligi: vt in ea pcipiat dñs esse laudādus: merito quia inde puectus euenit nō reatus: nō pena/ sed pmia: nō deformis seruitus/ sed pulchra libertas.

Explicit expositio in psalmū. XCIX

Incipit expositio in psalmū. C

Psalmus ipsi dauid.

Quāuis tituli ab historijs tracti: virtutē videant indicare psalmoꝝ: tñ ⁊ simplices idē cōtinere noscūtur. Est siquidē text⁹ iste mirabilis: ⁊ in forma pfectę sanctitatis inclusus: q̄ cētenariū fructū debeat expectare pmiorum. Sed ideo verba noscit pmisisse notissima: vt ei⁹ virtus simplex atq perspicua: sensus lucidissimos ac nimis honorabiles indicaret. Psalmus eī: sanctā significat operationē. Ipi dauid vbi ponit: totū christi virtutib⁹ applicat: vt nihil de isto terreno rege intelligas: sed omnia de illo celesti dicta cognoscas fuisse.

Diuisio psalmi.

Congregatio illa sctōꝝ: quā p vniuersum mundum catholica parit ⁊ multiplicat ecclesia. In prima parte psalmi cātare se dicit dño miscōiam ⁊ iudiciū cōsortiaq refugere pessumoꝝ. Scđa parte fideles se asserit diligere: ⁊ cū eis gratissima habitatiōe versari. Demones autē cū suis imissionib⁹ de suo corde repellere: q̄s nouit cū dei famulis nō habere vllatenus portionē: vt tali institutiōe formati: et appetere bona ⁊ mala renuere debeamus.

Misericordiā ⁊ iudiciū cātabo: tibi dñe psallā. **Expositio.** Celestis in terra multitudo beatoꝝ ptulit initiū: qđ breuiter cūcta cōcluderet. Ptās eī dñi semp: aut miseret: aut iudicat. Sed neq misericordia ipsi⁹ sine iudicio: neq iudiciū sine misericordia repit. Utraq eī se mutua societate cōiūgūt. Nec factū eius aliquod puenit quod nō plenū cunctis esse virtutibus sentiat. Nam sicut hic dixit: Misericordiā ⁊ iudicium: alibi dicit p his duobus nominib⁹: iusticia ⁊ pax. Et iteꝝ: misericordia ⁊ veritas: vel iusticia

A PP

⁊ iudiciū ꝑparatio sedis tuę: vt vbiqꝫ deuz pium demōstret ⁊ iustū. Quod gen⁹ locutiōis inter ꝓpria scripturę diuinę cōnumerari posse nō dubiū est. Nā ⁊ in illo aduentus sui tēpore glorioso: ꝑmo loco misc̄diaꝫ facit: qn̄ dicit: Venite benedicti patrl mei. ⁊c̄. sed nō sine ęquitate: qꝛ fidelib⁹ sua promissa restituit. Postea vero iudiciū sequitur: cū dixerit impijs: Discedite a me maledicti in ignē ęternū: qđ tn̄ nō est sine pietate: qm̄ post multā patientiā noscit̄ ꝓferre vindictā. Vides ergo hęc duo ⁊ consentanea sibi esse: ⁊ suis ordinib⁹ collocata radiare. Audiāt itaqꝫ misericordem dn̄m pctōres: qui de sua nequiter salute desperent. Intelligāt supbi iudicē: qui malū suū non estimāt esse puniendū. Ita hic totū cōpendiose plenissimeqꝫ cātatū est: qm̄ in his duobus sermonib⁹: ⁊ cūcta opera dn̄i: ⁊ toti⁹ ecclesię ędificatio ꝓbat̄ esse narrata. Adiecit: Tibi dn̄e psallam. Dn̄o psallit: qui bonis factis suis eū placare cōtendit. Ipsa ē em̄ suauissima virt⁹ harmonię: qn̄ vox cognoscit̄ operib⁹ cōsonare. Nā si hę duę res discrepabili sibi varietate dissentiāt: neqꝫ q̄ possūt psalmodię temperatā efficere cātilenam. Nec ad aures dn̄i venit: qđ se mutua cōtrarietate cōfundit.

Matth. 25 — Ibidē

Et intelligam in via immaculata: quādo venies ad me. Hic versus de superiorib⁹ pendet. Nā si disciplinabilis illa psalmodia cōpetēter dirigat̄ ad dominū: vide quid ꝑstat: vt intelligat in via imaculata: qn̄ ad se domin⁹ venire dignet̄: quē magnopē sustinebat. Intelligā dicit: id est: credā puro cordis affectu: vt qđ oculis carnalib⁹ nō videbat: viuaciter cōspiceret animę desiderātis adnisu. Et qm̄ tale desideriū spiritualiter iam vidētis erat: dicit quēadmodū venire disponat: In via scꝫ imaculata: qꝛ christus dn̄s peccata nō habuit: qui ⁊ p hunc mundū imaculatis gressib⁹ ambulauit. Hoc est em̄ qđ dicit: Et intelligaꝫ in via imaculata qn̄ venies ad me.

Perambulabā in innocētia cordis mei: in medio domus mee. Hypotheticus denuo syllogismus aperit̄. Si iustus pambulat in inocentia cordis in medio dom⁹ dn̄i: non ꝓponit ante oculos suos rem malaꝫ. Attamē iust⁹ pambulat in innocētia cordis in medio domus dn̄i: nō ꝓponit igit̄ ante oculos suos rem malā. Nūc sequētia videam⁹. Dicendo: Perambulabā: ostēdit vitā mūdi isti⁹ nō se studiosissime pquisisse: sed tanqꝫ transitoriā fuisse decursā. Ac deinde: quid possit innocētia paucis verbis absoluit̄: vt in medio domus dei habitare merereт̄: quaten⁹ ⁊ reliquis bonū exemplū ꝑbeat: ⁊ ipa honorabili cōuersatione reluceat. Nā quātū valeat innocētia: hinc dat̄ intelligi: vt ꝓpter gratissimā simplicitatē in colūbę specie spiritussanct⁹ appareret: ⁊ ꝓpter māsuetudinē beatā: agnū se vocari dei filius elegisset: designās qm̄ illa cęlestis ⁊ vera sapientia in pectoribus placidis atqꝫ humilib⁹ cōquiescat.

Syl.

Nō ꝓponebā ante oculos meos rem malā: faciētes ꝑuaricationes odiui. Nō adhesit mihi. Quoniā superius dixit: ambulasse se in medio eccl̄ię in innocētia cordis sui: nūc p figurā Etiologiā: quę latine appellat̄ causę redditio: hoc duobus modis exponit. Primo dicēs vsqꝫ ad positā diuisionē: cū vitiosis se nō habuisse consortiū. Deinde vsqꝫ ad finē psalmi: asserit cū fidelib⁹ suā se posuisse nihilomin⁹ portioneꝫ: ⁊ de corde suo diaboli fugasse versutias. Sic maximā partem hui⁹ psalmi: hęc figura coḡscit̄ esse cōplexa. Nunc ad exponēda verba redeam⁹. Qui deū credit vltorē: rē malā ante cordis sui lumina nō ꝓponit: qꝛ necesse est vt despiciat terrena: qui noscitur cōsiderare cęlestia. Sed qui in mundo erat: rem malā ante suos oculos quomō poterat nō habere: nisi qꝛ illi talia displicebāt: nec eorū vitiosa delectatione capiebat̄. Iuste ergo dixit sancta ꝯgregatio: ante oculos cordis sui se nō posuisse nequicias: quas de penetralibus suę mentis excluserat. Recte siquideꝫ illas res videre non dicimur: quas nullis delectationibus intuemur. Sequitur. Facientes ꝑuaricatiōes odiui. Exposuit quēadmodū mala ad eius nō potuerint internos oculos peruenire: quia ꝑuaricationes hominū iugiter habuit odiosas. Illas em̄ res vnusquisqꝫ respicere dicitur: quas ⁊ diligere posse iudicatur. Nam q̄uis ante faciem nostram veniāt: tamen in conspectu mentis nostrę nō sunt quę execrabili abominatione refugimus. Addidit: Non ad-

hesit mihi. Hoc coma oīno suspēsū est: desi derat eñ caput versus sequētis: id est: cor prauū: quod frequēter factū scdm hebreos in psalterij versib⁹ inuenimus. Cor eñ prauum adherere nō potest: nisi peccatoꝝ iniquitate distortis. Inuicē quippe sibi equalia vota glutinantur: et ediuerso diuidunt quecunqꝫ cōtraria sunt: nec prauū recto cōuenit: quia moꝝ varietate dissentit. Hic aūt status incidit cōiecturalis: vbi queritur: aut cū quib⁹ cōuiuat: aut quō viuat. Cor prauum: †declinantes a me †malignos non †agnoscebā. Diximus: Cor prauū superiorib⁹ esse iungendū: vt absoluta sententia subsequatur. Declinātes a me malignos nō agnoscebā. Declinātes a me malignos: hereticos dicit: qui prauis dogmatibus a catholica pdicatione dissentiūt: et declinātes semitas rectas: vias pessimas se auditores qꝫ deducūt. Nō agnoscebā dixit: quoniam cū se baptizatos atqꝫ signatos asserāt: nō in eis agnoscitur diuina dilectio: qui blasphemi pbantur in dño. Illi eñ a christianis veraciter recognoscuntur: qui se fidei prauitate nō polluūt. Detrahentē †aduersus pximū suuz occulte: hūc psequebar. Detrahit heretic⁹ catholico: quando absentē aliqua oblocutione dilacerat: nec audet palā cōtendere: qui se nouit irratiōabilia vendicare. Hos dicit psequēdos: vt ad veritatis studia cōcitentur: qui decepti varijs questionibus eluduntur. Proximū eñ dicimus: et carnis nobis societate cōiunctū: et aliqua legis vicinitate sociatū. Nam dū quidā eoꝝ nobiscum vetus ac nouū testamentū suscipere videantur: recte tamen intelligere scripturas diuinas detestabili voluntate cōtemnunt. Superbo oculo et insatiabili corde: cum hoc nō edebā. Duo eē dicit genera pfidoꝝ. Unū sicut superi⁹ posuit: quod pximis detrahit: sed illud iam quēadmodū curari possit ostendit. Aliud vero quod supbo oculo: id est: volūtate ptumida et insatiabili corde a blasphemijs non recedit: sic dicit esse vitandū: vt iam nec ipsum cū eodē debeamus inire cōuiuiū: ne aures christianoꝝ abominādis sermonib⁹ inquinentur. Sed et hoc acrius quidē tamē genus curatiōis indultū est: vt cū se mens impia sanctis viris execrabilē viderit factā: errorem suū adhibita satisfactione recorrigat. Nā si apostol⁹ dicit de christianis male viuētibus: cū his nec cibū sumere: quātomagis hoc fieri cōuenit de truculētis atqꝫ obstinatis hereticis? Siue hoc spiritualiter intelligēdū est: de corpore dñi saluatoris: vt cū illis cōmunicatio nō edatur: a quib⁹ fides christiana discerpitur. Et intende: quia siue superiora que dicta sūt: siue que in secūda diuisione dicenda sunt: omnia ptinent ad statū cōiecturalē: in quo maxime diserta oratorū exercentur ingenia. Oculi mei †sup fideles terre vt sedeant †hi mecū: ambulans in via inmaculata hic mihi ministrabat. Sācta illa cōgregatio: venit ad secundā partē. Et sicut supius abominabiles sibi reddidit infideles: ita nunc recte credentiū viroꝝ desiderat habere consortiū. Illos eñ cordis oculos quos auertebat a pessimis: nūc se pfitetur sociare cū sanctis. Fideles terre dicit: qui p totū mundū habitāt christianos. Sedeāt autē mecū: id est: in fidei vnitate pmaneant. Per hunc eñ situ: et requies designatur: et immobilitas mentis ostēditur. Volunt hoc aliqui pter excellentiā dictorum et christo dño euidēter aptare. Sed subita nō est pmutatio faciēda: vbi se tamē introducta pōt explicare psona. Sequitur. Ambulans in via imaculata: hic mihi ministrabat. Hec est reuera fideliū christianoꝝ manifesta pbatio: et sua vita clarescere: et ministrorum cōuersatione relucere: sicut iam in decimoseptimo psalmo dictū est: Cū sancto sanctus eris: et cū viro innocēte innocēs eris: Et cū electo electus eris: et cuz puerso puerteris. Sed quamuis hoc nec a laicis videatur exceptū: tamen specialiter sacerdotib⁹ pbatur impositū: vt tales ministros habeant: qui diuinis regulis nō repugnēt. Non habitabit in medio domus mee: qui facit superbiam. Adhuc in dictis superiorib⁹ perseuerat. Negat eñ cum superbis sibi fuisse aliquā portionem: ne crederetur eos pbasse: quorū familiaritatē sibi videbatur adiungere. Illud aūt quod posuit: In medio domus mee: hoc vult intelligi: quia nihil commissum talis habuit: nullo honore preminuit: nulla potestate letatus est: vt quasi in medio domus essevide-

j. Cor. 5

Al. ad
Al. nō hꝫ

Ps. j7

retur: cui patrisfamilię serenus anim⁹ arridebat. Unde cognoscim⁹ talia nos habere in susceptis debere iudicia: vt nullaten⁹ pessimis hominib⁹ faueam⁹: nec nobis grati videanẽ esse: qui morũ prauitate vitãdi sunt. **Qui loquitur iniqua nõ direxit in cõspectu oculorum meorum.** Et hic quoq₃ versus: ad supiora respõdet. Dicit enĩ sibi nõ placuisse: qui aut iniquis detractionib⁹: aut prauis noscebaẽ studere colloquijs. Iniquũ enĩ: ad totũ ptinet: qd diuina pietas execraẽ. Nõ direxit: significat nõ pfecit. Illos enĩ dirigi dicim⁹ qui accedendo pficiũt: aut aliqua psperitate melioranẽ: qd vtiq₃ nõ solet eis cõtingere: qui tortuosis student semitis ambulare.

Et matutino **In matutinis iterficiebã omnes peccatores terre.** Postq₃ dixit malorũ se fugisse cõsortia: vnde plerũq₃ possũt euenire peccata: nũc ad mẽtis suę interiora cõuersus: illã pestẽ tyrannicã vastatricẽ generis hũani: id est: prauã demonũ suggestionẽ: queãdmodũ de penetralib⁹ suis expulerit decẽter exponit. In matutinis: in ipis videlicet initijs dicit: qñ in nobis suggestiones diabolicę velut dubia crepuscula ceperint apparere: tũc oratiõe debẽt eijci: tũc abominabili execratione detrudi: ne paulatim noxię crescẽtes: velut dies nos nebulosissima cõprehendat. Peccatores aũt terre: sunt demones: qui vniuersã carnẽ deducunt prauis immissionib⁹ ad reatũ. Peccatores enĩ iuste dicunẽ: quoniã peccatores faciũt. Ipsi ergo cũ suis operib⁹ interficiũtur: animę hominũ sine dubitatõne saluãtur. Hoc autẽ fieri manifestũ est: qñ nobis cõpunctio lachrymarũ diuini roris miseratione cõferẽ. Nec enĩ eã quãdo volum⁹ offerre ualemus: sed tũc pendiẽ: quãdo ipsius largitate pstatur.

Et Ut disperderem **Et disperdã de ciuitate dñi: omnes operantes iniquitatem.** Ciuitatẽ dñi: animã piam patres esse dixerũt. Unde diabolus disperditur: quãdo a sua intẽtione remoueẽ. O crudelis: o tyrãnice voluntatis iniquitas: nõ sufficit: q₂ homies mori fecit: sed adhuc ne recuperati possint viuere vehementer insistit. Sed tu dñe qui vides impudẽtissimũ hostem: pstã validã defensionẽ: ne ille ad votũ suũ pueniat: qui te nobis infensũ facere insatiabili calliditate festinat. Tuis te verbis: tuis cõmonitionibus exoramus: Judica dñe nocẽtes me: expugna ipugnãtes me: apprehende arma & scutũ: & exurge in adiutoriũ mihi. Ps.

Cõclusio.

Cognouimus qualis fuerit iste sanctissimus: qui in medio domus diuinę: misericordiã & iudiciũ dñi pura mente cantauit: queãdmodũ malos absolute vitauerit: bonis autẽ fuerit gratissima societate cõiunctus: pcupiscentias cordis sui saluberrima deliberatiõe piecerit: vt merito hunc numer⁹ optinuisse videaẽ: qui speciẽ desiderabilis coronę digitorum dextrę manus inflexiõe designat. Hoc donũ martyrum: hoc est virginũ munus: & qcquid est eximiũ i ecclesia: tali fructu peruenire demõstraẽ ad pręmiũ: sicut dicit apostolus: De reliquo reposita ẽ mihi corona iusticię: quã reddet mihi domin⁹ in illa die iustus iudex. Orbis ipse terrarũ: h schemate fertur ambiri: celũ innumeris auctorib⁹ legimus esse cõuexũ: stellas videmus sphęrica rotunditate fulgentes: solẽ ipm circuli pulchritudine radiare. Lunã quoq₃ certũ est in hac venire formã: quãdo noscitur esse pfecta. Et ideo cõsideremus cuius hęc psona sit meriti: cui⁹ elegãtię cõprobeẽ: vt in hoc calculo posita esse videaẽ: qui & pręmiorũ ingentiũ cõtinet dignitatẽ: & creaturarum cęlestiũ portat imaginẽ. Pudet enĩ dicere peccatis obnoxiũ cẽtenarij numeri fęcunditate puectũ: & quod sanctor⁹ diximus meritis applicatũ: indigno mihi fuisse collatũ. Sed pręstet diuina potẽtia: vt nihil adiudicatione sua gaudere nos faciat remissione pculdubio peccatorũ: & non p meritis nostris damnet: qui liberare solus pręualet cõfitentes.

Explicit expositio Cassiodori in psalmũ cẽtesimũ & vltimũ secũdę Quinquagenę.

Cassiodori Clarissimi Senatoris Romani in tertiam Quinquagenā Psalterij expositio incipit.

Titulus psalmi centesimi primi.

Oratio pauperis cum anxius fuerit: et coram domino effuderit precem suam.

Quamuis aliqui presentem psalmū domino saluatori aptandū esse putauerint: cōueniēs videt afflicti magis et gemēt[is] paup[er]is: sic et titul[us] ipse ptinet: introducere in hac relatiōe psonā: quia multa sunt q̄ illi immaculate sancte incarnatiōi neq̄ant puenire. Primū: quod anxius nusq̄ fuisse legit dominus christ[us]. Anxi[us] est eni: q̄ in graui discrimine pstitutus: nullā partē quā seq̄ debeat nouit eligere. Deinde: qd i textu psalmi habet: Oblit[us] sum manducare panem meū. Et illud. Quia cinerē tanq̄ panē māducabā: et potum meū cum fletu temperabam. A facie ire et indignatōis tue: q[ui]a eleuans allisisti me. Et alia q̄ cum labore maximo vendicātur: si ipi domino psentiam[us] aptari. Sz quoniā g[ra]uiter vulneratū: et duris calamitatib[us] plenū orōnē fundere conueniebat assiduā: anxij pauperis psona cōgruēter apposita est: cuius vocem nec verecūdia vlla cōprimeret: nec indigētie necessitas abstineret. Nam cuz dicit: Corā domino: talem orationē vult intelligi: que de sacculis anime ante pedes regios q̄si aurei metalli copia decora fundatur. Vix enim reperies: sicut quidam dixit: vt orāti cuiq̄ nō aliquid inane et aliene cogitatōis incurrat obstaculū: et intētionē q̄ in deū mēs dirigit declinat ac frāgat. Et iō certamē magnū atq̄ saluberrimū est orationi cepte iugit iminere: et cū adiutorio dei obsistere viuacit suggestionib[us] iimici: q̄ten[us] fixa semper ad deum mēs stabili intētiōe ptēdat: vt merito possit dicere: qd ait ap[osto]l[u]s: Certamen bonū certaui: cursum psūmaui: fidem seruaui. Tales sunt paupes christi: q̄ non solum pro suis malis: verumetiā pro totius mundi calamitatibus intercedere comprobantur. Egēt in hoc seculo: sed sunt locupletes deo. Vitijs vacui: sed virtutibus pleni. Despecti hominibus: sed acceptabiles christo. Nam iste qui se primū lamētabili afflictione discruciat: tāta gloria ,p[ro]phetie in subseq̄ētib[us] refulget: vt euidenter possit agnosci: quo ibi munere coronetur: quando iam hic spe tanta reficitur. Et nota quia dum vbiq̄ in titulis nomia sint posita: hic pauper sine nomine introducitur ad loquēdum: scilicet vt cum vni dat: omēs sibi paupes christi cognoscerēt attributum. Animo p[re]terea cōdendū est: hunc psalmum quartum esse ex his qui notant oratio: q[ui]uis penitētium quintus esse videatur. Sciendu3 est plane: orationū duo esse genera. Vnū qn̄ dn̄s christus orat ad patrem: nō pro peccatis suis que omnino non habuit: sed humanā naturam ab aduersitatibus huius seculi postulat liberari quam est dignat[us] assumere: sicut in sextodecimo psalmo: et in octogesimoquinto cōstat effectū. Aliud vero: cū in psalmo octogesimono introducitur moysi persona reuerenda in typo sacerdotali: qui pro peccatis tā suis q̄ generalibus deprecatur: necnon in p[re]senti psalmo psona pauperis adhibetur: qui sub penitētie humilitate anxius clamat ad dominū. Et ideo omis penitētia et oratio: non autem omnis orō penitētia est: qn̄ et ille orauit: q̄ nihil admisit qd reatui potuisset ascribi. Sic isti psalmi q̄ orōnis titulo p[re]notātur: cum suis ,p[ro]prietatib[us] ,p[ro]bant expliciti.

Diuisio.

Paup iste mūdanis diuitijs egēs: s[ed] supnis v[ir]tutib[us] abūde ditissim[us]: in exordio psalmi m[u]ltipliciter dominū rogat: vt ei[us] clamor ad ipm puenire mereat: q[uonia]m iugi afflictōe ptrit[us]: ossa sua sic in frixorio dic ee pfrixa. Seq̄tur flebilis nimis et dolēda narratio: q̄ est manifestatio necessitatū et ,p[ro]babiliū lingua causarū. Et ne post tot aspas calamitates de castigatione sua videret ingrat[us]: tertia pte dn̄i laudes dulcissima nimis intētiōe ,p[ro]seq̄tur: cuius aduetu pstruendā dic eccl[es]iam. Et cum sint omnia permutāda: ipe tamen permaneat in eternu3. Infertur etiā sub hilaritate nimis votiua pclusio: sancto[rum] semen ibi esse dirigendum: vbi habitat dominus in gloria sempiterna. Sic lex illa penitentiu3 regularis: plenissime noscitur fuisse completa. Inchoauit enim a lachrymis: finiuit in gaudio.

Expositio psalmi.

Al. veniat

D Omine exaudi oratõnē meā: ꝛ clamor meus ad te†perueniat. Uidēs ꝑpheta ante aduentū dñi hūanos crescere indesinēter errores: ꝑsonā paupis ꝑueniēter assumpsit: q̄ calamitates mundi pęnitētię hūilitate defleret: vt cito illi misericors ſbueniret: quē tot mala adunato fasce deprimebant. Dic̄ eñ: Dñe exaudi orõnem meam: scilicet eā quā pi⁹ allegator ꝑ totius mūdi libatione fundebat. Sanctoꝝ enim cõsuetudo est: sic dolere calamitates alienas vt ꝑprias: sicut apl'us ait: Quis infirmat̄ ꝛ ego ñ infirmor? Quis scādalizatur ꝛ ego nõ vror? Seqtur. Et clamor meus ad te ꝑueniat. Nouerat hic paup doctus lege diuina p̄cib⁹ pctōꝝ nubē q̄ndam frequent̄ opponi: de q̄ hieremias dic̄: Opposuisti nubem: ne trāseat oratio nr̄a. Abachuc q̄ꝫ ꝑpheta: idem dicit: Usqꝫquo dñe clamabo ꝛ nõ exaudies: vociferabor ad te iniuriā accipiēs ꝛ non intendes? Quapropt̄ memor istaꝝ reꝝ: anxi⁹ suū clamorē festinabat ad dñm peruenire: ne delictis impediētibus remediū a dño tardaret accipe: q̄ multis ꝑbabat̄ calamitatib⁹ ſbiacere. Prio eñ posuit orõem: nūc adiecit clamorē: vt studia supplicationis creuisse cognosceres: cui⁹ orõem in clamorē maximū ꝑrupisse sentires. Hūc aūt modū sctē orõnis seruandū deuotissimus xp̄ianus intelligat: vt idipm̄ cogitet qđ orat: ipum respiciat mēte cui supplicat: oēs supfluas cogitatiões excludat. Aliud nõ admittat extraneū: ne vt ait qdam: purissimis fontib⁹ apros imittere videat̄ impuidos. Hinc etiā scti ambrosij sm aplm: horę sextę: rose⁹ hymnus ille redoluit. Ait eñ: Orabo mēte dñm: orabo simul spū: ne vox sola deo canat: sensusq̄ꝫ noster alibi duct⁹ aberret fluctuans: vanis ꝓuent⁹ casibus. Tūc eñ deo accepta est orõ canenti um: si pura mēs idē gerat qđ explicat vox cantici. †Ne auertas faciem tuā a me: in quacunq̄ꝫ die tribulor. Recolebat paup iste beatissim⁹: renuisse dominū ꝑ esaiam ꝑphetā: ꝑtinaciū mūera peccatoꝝ: cū dicit: Sanguinē vituloꝝ ꝛ agnorum ꝛ hircoꝝ nolo: cū veneritis ante ꝯspectū meū: qs q̄siuit hec de manib⁹ vr̄is? Talia metuēs iste atq̄ꝫ recogitans petit: ne sacrificiū qđ imolabat: id est: pęnitētiam suam ita despiceret: sic̄ sup̄ meminit de imolationib⁹ pessimoꝝ. Sic ꝛ q̄nquagesimus ait: Cor ꝯtritū ꝛ humiliatū de⁹ nõ spernit. Supplicat itaq̄ꝫ: ne a ꝯspectu dñi reddatur alien⁹. Ista eñ regula recte petitionis est: vt nos respiciens pctā nostra despiciat: q2 sic nos miserat⁹ absoluit si illa nõ cõspicit: sicut iam in q̄nq̄nagesimo psalmo dictum est. Auerte faciē tuā a peccatis meis. Quapp̄t nõ incõgrue de psalmo pęnitētię pęnitētis mutuamur exēpla: cū ꝛ sensus par ꝓbet̄ ꝛ causa cõsimilis. Addidit: In q̄cunq̄ꝫ die tribulor. Quacūq̄ꝫ die: ñ cõtinuatione significat ꝫ interualla tempis fuisse declarat: quando vrgebat maximis vulneribus pctōꝝ: quādo eū detestabilis ꝓmebat inimic⁹: vt quasi sub crudeli fera posito: liberator ꝓ̄ijssim⁹ ſbueniret. Inclina ad me aurē tuā. In quacūq̄ꝫ die inuocauero te: velocit̄ exaudi me. Multis q̄dem modis: ꝫ vna petitio ē: vt orationē pauperis dñs exaudire dignet̄. Quę figura grece dr̄ Epimone: latine repetitio: q̄tiēs diuersis verb eadē dicit̄ sub iteratiõe sentētia: qđ p hos tres ṽsus a ꝑncipio factū eē declarat̄. Inclina aurē: ꝓbe dicit auditū. Unde ꝛ auris ipa ab auditu dicta ē: q2 nõ erāt merita: q̄ se ad ipm̄ erigere potuissent. Auris ṽo dñi: ꝑ clementia ponit̄: q̄ ꝓces supplicū benign⁹ exaudit. Nā cum totos audiat: totos videat: solos illos audire dr̄: q̄bus p̄stare dignat̄. Seq̄t̄. In q̄cunq̄ꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quātū se in humilitate pęnitens iste prona mente prostrauerat: tantū in ipa supplicatione crescebat. Nam duꝫ ꝑus dixisset: Inclina ad me aurem tuā: iam ꝯfidentius petit: vt celerius mereatur audiri. Nam q̄ velocitatē postulat: de impetratione securus ē. Quia defecerūt sicut fum⁹ dies mei: ꝛ ossa mea sicut†in frixorio confrixa sunt. Subiūxit causam deprecationis suę: vt illud orationuꝫ tam ingens desideriū miseriaꝝ cognosceret̄ fuisse multaꝝ: ꝛ facilius beniuolētiaꝫ pij iudicis obtineret: magnaꝝ calamitatū alliga-

2. Cor. xj

Thren. 3

Abachuc. j

j. Cor. 14

Al. Non

Esa. j.

ta necessitas. Fumũ videm⁹ de flāma quidem egredi: sed in auras liqdas tenuissime dispari: nec substantia ei⁹ manet: ꝗuis ex corpali incēdio generat⁹ eē videat. Merito ꝗ dies pctõꝝ: globis fumiferꝭ exequātur: q̄s inuolutis ac tetris actiõib⁹ decepti homies pdiderũt. Qd̓ maxime ad supbiā mũdi respicit: q̄ q̄nto plus extollitur: tāto ampli⁹ euanescit. Iste eñ paup ad humilitatē salutiferā christi vehementer intētus erat: q̄ diabolicā arrogantiā supbiāq₃ dānabat. Seqtur. Et ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sunt. Sicut opiniõe ꝓspera benemeritoꝝ ossa: id est animi fortitudo pinguescit: quādo eoꝝ ꝯsciētia felici recordatione letat: sicut dic̄ salomõ: Fama bõa impinguat ossa: Ita recordatiõe ꝯria pctõꝝ virt⁹ tanq̄ frixa ꝯhitur: dū oblocutiones hoim: ꝛ ꝯsciētię suę iudicia ḡuiter expauescit. Siue hic frigit̄ peccator: q̄m futuros ignes incēdiaq₃ formidat. Na₃ q̄ se pauescit arsuꝝ: ipius incēdij terrore iā frigitur. Queri solet: qd̓ sibi velit: qd̓ talia se dicāt penitētes ppeti: q̄lia hũana natura nõ preualet sustinere: Primũ ē: qd̓ p exaggeratione positā magnitudo delicti bñ põt intelligi: cui tāta satisfactio videt̄ offerri. Deinde: qd̓ ad noua vitia non trahũtur: q̄ se de p̄teritis plurima debere cog̃scunt. Percussus sum† sicut fenum ꝛ aruit cor meũ: q₂ oblit⁹ sũ † māducare panē meũ. Per opationes hũilimas beniuolētia iudicꝭ cõparata: venit ad miseriaꝝ suarũ flebilem narrationē: vt cito remediũ sumeret: si passionē suā pio medico nõ taceret. Bene aũt gen⁹ humanũ fęno transitorio ꝯparat̄: qd̓ ꝛ viriditatis habet lętitiam tpalem: ꝛ pcussum facile sentit iniuriā. Sic q̄diu in lege dñi mādatisq₃ cõsistim⁹: tāq̄ viridia fęna vegetamur: ꝫ mox vt ab eius p̄ceptis fuerim⁹ diabolica falce succisi: statim arescimus: ꝛ cor nr̃m peccati sterilitate siccat̄. Nõ eni beneficij eius pabulũ habere põt anima: a quo delictis faciētibus ꝓbat̄ eē diuisa. Illi autē semp hilares: semper ameni sunt: q̄ a iussis dñi nõ recedũt. Seqtur. Quia oblitus sum māducare panem meũ. Reddit causa₃: cur pcussum cor eius aruerit: q₂ oblitus fuerat panē suum māducare: vnde se nouerat spũaliter posse saciari. De isto eñ pane dñs dicit: Ego sũ panis vitę q̄ de cęlo descēdi. Nam queadmodũ pořat de amissiõe panis ꝯq̄ri corpalis: q̄ se ieiunijs gaudebat affligi: Hinc eñ exprimit̄ natura peccantiũ: q₂ dũ delictu₃ appetit̄: cõtemplatio dñi non habet̄. A voce gemitus mei: † adheserũt ossa mea carni meę. Perscrutandũ est quid velit intelligi: A voce gemit⁹ mei. Est eni vox gemit⁹ ei q̄ filiũ perdit: cui aut possessio iuadit̄: aut cui seculi isti⁹ delectatio grata subtrahit̄. Sed vox ista nõ est gemitus beatoꝝ. Illi eñ gemunt ꝑpter talia quib⁹ seculũ placet: q₂ peritura desiderant: ꝛ ad dñi mime ꝓmissa festināt. Illo aũt gemitu affligebat̄ iste sanctissim⁹: quem mundi amatores poti⁹ irriderent. Ideo eñ addidit: Mei: vt se a mũdanis desiderijs monstraret exceptũ. Seqtur. Adheserunt ossa mea carni meę. Istud si ad litterā velis aduertere: afflictis nimiũ nõ potest ꝯuenire: quia ꝛ pinguibus ꝛ delitiosis hoc accidit: vt caro ipoꝝ cognoscat̄ ossibus adherere. Sed carnē hic: cutē non improbe videmur accipe: q₂ ꝛ ipa caro ē: vt reuera exaggerata macies possit oñdi: dũ cutis ossib⁹ adhesisse narrat̄. S₃ ꝛ hieremias ꝓpheta dicit. Confixa est cutis eorum a dorso ipoꝝ: aruerũt facti sunt vt lignũ. Sed vt magis ad spũalem intelligentiā subeamus: ossa sua dicit fidei firmitatem: q̄ cõsistim⁹: qua valeamus. Quā merito carni dicit adhesisse: ꝑpter fratrũ mediocritatem: quę nec dum firmata in dñi christi cõfidentia permanebat. His itaq₃ adhęrebat: quando ꝓ ipsis sollicit⁹ iugiter anxi⁹ erat: ne a regno dñi redderent̄ alieni. Similis fact⁹ sum pellicano † in solitudine: factus sum sicut nocticorax in domicilio. Per hęc noia volucꝝ: vt arbitror: diuersa nobis penitentiũ genera declarant̄. Pellicanus eñ auis ęgyptia est: ciconijs corporis granditate cõsilis: quę naturali macie semp affecta est: quoniā sic̄ physiologi volunt: tenso intestino p viscera q̄cquid esca rũ accipit: sine aliqua discoctione trāsmittit. Hinc fit vt adipe ꝓprio mime farciat̄: q₂ paruissimo ciboꝝ succo reficit̄. Quę nõ gregatim vt cętere aues volat: sed delectatione se solitaria cõsolat̄. Eoꝝ vnũ genus

Joh. 6

Al. adhesit os meũ

Threñ. 4

Al. solitudinis

dicit eē qd stagnis inhabitat. Aliud: sicut dictū ē: qd in desertis locis secretisq̃ versat. Per hoc igit auiū gen⁹ pulcherrime significant heremite: q hominū cōsortio derelicto: timore dñi remota se afflictiōe discruciant. Seqtur. Fact⁹ sum sicut nocticorax in domicilio. Aliud gen⁹ introducit penitentiū. Nocticorax: greco vocabulo dicit noctis coru⁹: quē qdam bubonē: quidam noctuā esse dixerūt. Alij magis coruo magnitudine ⁊ colore ꝯsimilē: quē specialiter in asie partib⁹ inuenire posse testant. Istū sicut diei fulgur abscōdit: ita aduētus noctis pducit: ⁊ cōtra cōsuetudines auiū: tūc magis vigilare ⁊ escas ꝗrere incipit: qñ se in soporē animātia cūcta cōponūt. Ita et penitens iste nocturno tempe escas aie sollicita curiositate pquirit: modo psalmodie opam dādo: modo elemosynas faciendo: modo carceres occulte visitādo: solū deū vult habere testem: cui caligo noctiū non tollit aspectū. Et nota ꝙ sicut pellican⁹ designat heremitā atq̃ solitariū: ita nocticorax illū declarat: q se domicilio suo retinēs a publica visione remot⁹ est. Uigilaui ⁊ factus sum sicut passer† vnicus in edificio. Uenit ad tertiū gen⁹: qd idē similitudine passeris indicat: vt q mūdi crimina lugebat: p oīm satisfactionū modos discurrere videret. Passer est auis parua: ꝫ nimia sagacitate sollicita: ꝗ nec facile laqueis irretit: nec p illuuiem ventris escarū ambitiōe decipit. Hec ꝓpter infirmitatē suā: ne aut ipa a ꝓdatore capiat: aut fetus eius serpētinis deforet insidijs: inter aues vnica cautiōe munita: ad domorū fastigia celsa ꝯcurrit: vt a suspectis casibus reddat aliena: ꝗ multis piculis ꝓbatur obnoxia. Huic merito comparat: q diaboli isidiosa formidās: specialiter ad ecclie septa se cōferēs: in eius fastigio vigilās tutissime perseuerat. Unicū dixit: propter caritatē que ex multl vnū fac. In edificio: propter altitudinē fidei: ⁊ fortitudinem mentis. Considerandum est etiā: queadmodū iste supplicās a maioribus auibus pellicano ⁊ nocticorace cepit: ⁊ peruenit vsq̃ ad passeris minutissimā paruitatē: quoniā gradatim penitudo descēdens: primo loco grandis est: scdo mediocris: tertio consuetudine ipsa omnino tolerabilis. He autē aues: p figuram Parabolē: hominibus comparātur: genere discrepātes: sed cōsuetudinū q̄litate ꝯsimiles. Quod argumētū cōparationis dicit: ex maiore ad min⁹. Multo enim maior est hō: ꝙ passer. Tota die† exprobrauerūt me inimici mei: ⁊ qui laudabant me aduersum me iurabant. Diabolice ꝯstat esse malicie: vt seruos dei qs tyrānica nō potest ꝑsumptōne cōprimere: artificiosa poti⁹ illusione decipiat: vt qui apertl terrorib⁹ nō cedūt: derisoria magl increpatōe flectātur. Que figura dicit Ironia: id est: irrisio: que aliud ꝙ conat ostēdit. Quapropter istū affligentē se ⁊ velut inaniter laborātem: pctōres grauiter irridebāt. Et vt cresceret ipius opprobrij magnitudo: dicit eos in ipsa detestatione iurasse. Sic eñ ꝯsuetudo est puersis dicere: Si talē vitā nō habeā q̄lem iste sustinet: qui iā nō viuis hominibus: ꝫ cadaueribus poti⁹ videt esse ꝯsimilis. Laudauerūt eñ pus cū seculari vita frueret: postea sub iureiurādo detestati sunt: quādo eum similē mortuis estimauerūt. Quia cinerem tanꝙ panem mādncabam: ⁊† potū meū cum fletu† tempabā. Causam reddit cur ab inimicis vel a notis in eius facie malediceret: sicut ⁊ iob ꝑtulisse manifestū est: cuius vita proximis vel amicis grauissimo squalore sordebat. Sollicitius autē versus iste tractādus est: ne ꝯtra humanā cōsuetudinem fauillas lignorum escam putem⁹ esse penitentiū. Cinerem nouim⁹ exustoꝝ reliqas esse carbonum: quas merito peccatis dicim⁹ comparari: vt ipa quoq̃ tenuitas delictoꝝ: afflictionū doloribus absumatur. Nam ꝙuis exiguū de peccato remaneat: non perducit ad vitā. Unde ⁊ in quinquagesimo ꝓpheta clamat: Usq̃quaq̃ laua me ab iniusticia mea ⁊ a delicto meo mūda me. Merito ergo ⁊ ipos cineres peccatorū sanctissimus penitēs consumere festinabat: ne qd esset residuū: quod eum ꝓmereri nō siniret regna celorū. Sequitur. Et potū meū cū fletu temperabā. Istud ꝙuis interdū videatur posse ꝯtingere: tamen ⁊ hoc quoq̃ spiritualiter estimo requirēdū. Potus est animaꝝ illa facietas: que sicut i septuage-

Al'. solitari⁹ in tecto

Al'. e bāt

Al' . . . Al'

psalmoquarto psalmo dicit. Calix in manu domini vini meri plen⁹ est mixto: ⁊ inclinauit ex hoc in hoc. Ipse ergo potus est: quē bene fletibus temperam⁹. Ipse calix: quez lachryme nostre faciūt dulciorē. Tunc em̄ anime penetralia celestis ille potus ingreditur: quādo pijs fletib⁹ irrigat. Hoc erat poculū quod irrisorib⁹ videbat indignuz: Hic cib⁹ qui a delitiosis iudicabat horrendus. Sed hoc magl bon⁹ christian⁹ debet amare: vnde possit ad illa celestis regl cōuiuia peruenire. Et intende: quia tot⁹ hic vsus per figurā dict⁹ est: Tapinosin: que hāc noscitur habere virtutē: vt humilitatl affectu magnā rem deijciat vsq ad vilissimam paruitatem. Que figura in scripturl sanctis frequētissime reperitur: sicut dicit apostol⁹: Elegit de⁹ infirma hui⁹ mūdi: vt confundat fortia. **A facie ire ⁊ indignationis tue: quia eleuans† elisisti me.** Coma istud ad superiora cōnectitur: vt grādis illa penitētie magnitudo ex ira ⁊ indignatione domini nasceretur. Dicit em̄: A facie ire ⁊ indignatiōis tue. Ira ⁊ indignatio faciē nō habēt corporalē: sed timētibus sub imaginatōne semp apparent. Unde hic potēter ipsa energia formidātis expssa est: qz eum peccatorib⁹ nouerat cōminari dicente hieremia: Uorauit eos leo de silua: ⁊ lupus ad vesperā vastauit eos. Et aplus petrus cōmonet: Uigilate inqt ⁊ orate: quia aduersarius vester diabolus vt leo rugiens circūit: querens quez deuoret. Merito ergo irati domini faciē formidabat: quē per pphetas suos talia peccatorib⁹ predixisse cognouit. Ira enim ad vltionē pertinet: indignatio ad motū animi mediocrē. Indignamur siqdem ⁊ filijs: ira scimur autē impetu grandiore iure puniēdis. Addidit: Quia eleuās elisisti me. Q̄uis vnius paupis persona introducta videatur: tamen sicut sepe dixim⁹: bona malaq generis hūani prudentissim⁹ enumerator insinuat. Eleuat em̄ domin⁹ suis beneficijs creberrime peccatores: quib⁹ opes cōfert: vitam cōcedit: seculi gloriosa largitur ⁊ i omniū facit celebritate versari. Sed dū i supbiā tumida mortaliū corda ascēderint: tanq moderator exími⁹ a collata largitate subtrahit: vt illi sollertes aduertāt non fuisse ppria bona: que subito pbātur erepta. Sed hāc elisionē felicez esse nō dubium est: sicut alibi dictū est: Bonū mihi quod humiliasti me vt discā iustificatiōes tuas. Inde em̄ cōpunctio nascit: inde animaz medicina pstatur: Qd ⁊ iste penitens nō ingrat⁹: sed poti⁹ emēdatus enumerat.

Ps. 118

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut fenuz arui. Pulcherrime dixit homo post puaricationē ade: dies suos sicut vmbrā declinasse: qa eos sol verus domin⁹ reliqrat christ⁹: sine quo vita omis vmbrosa est: ⁊ tanq vllā non habentes substātiā: ita dies nostri inutili cōuersatiōe dispereūt. Declinauerūt ergo dies ei⁹: quia ipe declinauit a dño. Tāto em̄ quis imminuit: qnto ab illa plenitudine segregat. Seqtur. Et ego sicut fenum arui. Consequēs fuit vt cui⁹ dies declinauerūt: sicut fenum arescere debuisset. Beneficio em̄ subducto vitali: qui nos vegetat ⁊ virentes ac floridos reddit: in ariditatē pcti absolute perducimur: nisi iteꝝ rore diuine misericordie in nouā grām pullulem⁹. Cōpleta est ingentiū afflictionū enumeratio luctuosa: nūc videamus quid nobis tertia pars indicare videat. **Tu autem domine in eternum permanes: ⁊ memoriale tuum in† seculū seculi.** Post dignissimā satisfactionē: ⁊ generalib⁹ malis competēter defletis: penitens ille iam qsi caput eleuās ⁊ aliq libertate respirans: tertiam partem subleuatus ac recreat⁹ ingreditur: ⁊ qntum se cōdemnās humiliauerat: tantū nūc in laudib⁹ domini cōfidenter exultat. Quapropter optime ab aduētu domini laudis fecit initiū: per quē mundum nouerat esse saluandum. Seqtur. Et memoriale tuū in seculū seculi. Memoriale dictū est: salutare pmissū dc domini incarnatione venturū: quod nlla secula: nulla immutare possit obliuio: sed in memorie sinu reconditū: imobile semp per infinita secula pseuerat. **Tu exurgens misereberis syon: quia† venit tempus miserendi eius.** Commonet nos pauper iste sanctissim⁹: qntuz simplicis ac fidelis viri preualere possit oratio: vt ille qui prius nec hoim se dignū aspectib⁹ estimabat: ne vl diei ipsius libertate gauderet: q

Al. generatiōe ⁊ generationē

Al. temp⁹ miserendi ei⁹: qz venit tempus

cinerē sicut panē manducabat: ⁊ potū suū cū fletu tempabat: Nūc si fas est dicere: q̄si ipm dominū ad pmissa cōpellit: vt laborāti mūdo aduentus sui pietate psiciat. Exurgēs dicit: q̄si dormiēti: q diutius sub uenire distulerat. Et vt oīa dn̄s volūtatis sue ordine facere sentiret: dicit: Venit tps miserēdi ei⁹: nō q2 illū tps admoneat: ſ q2 ipē tempa aptissima delibatiōe disponat. Istud tps fuit: de q aplus dicit. Cum aūt venit plenitudo tempis: misit de⁹ filiū suum factū ex muliere: factū sub lege: vt eos q sub lege erant redimeret. Et alibi: Ecce nūc temp⁹ acceptabile: ecce nūc dies salutis. Qđ argumentū dicit a tēpore: hoc efficacissimū int oratores haberi solet. Quid em̄ impediat: qn̄ cōgruū tps iuitat? Syon vero mōs est hierosolymis ɔstitut⁹: p quē sicut sepe dictū est: significat ecclīa. Cui reuera misertus est: quādo eam ⁊ de gentib⁹ collegit: ⁊ sacratissima institutione fundauit.

Gal. 4

2. Cor. 6

Top

Al. placuerūt seruis tuis

Quoniam †beneplacitos habuerūt serui tui lapides eius: ⁊ terre eius miserebunt. Subtiliter versus iste tractandus est: vt possit agnosci quos seruos: q̄s lapides: quos terrā: p allegoriā velit intelligi. Seruos dn̄i: dicit aplos ⁊ pphetas: q deuotis mētibus ei⁹ impleuere seruitiū. Isti: lapides: id est: christianos: q diuina firmitate viguerunt: beneplacitos habuerūt: quādo in eis p̄dicationem suaz pficuā esse cernebāt. Miserti sunt etiam ⁊ terre: id est: peccatorib⁹: qui erāt i syon de gentibus ɔgregandi. Terre vtiq similes: quoniā carnalia sapiebāt. Et vide q̄ propria verba: rebus aptata sunt. Lapides dixit beneplacitos: quia de ipsoꝝ erāt soliditate domio p̄stante securi. Addidit: Terre miserebunt: q2 p misericordiā christi mundandi erant: qui terrena labe sordebant.

Et timebunt gentes nomē tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam. Hec ɔtra seculi istius superstitiones nefarias depromūtur: quia tunc non timebatur verus domin⁹: quādo mūdus deuotus idolis seruiebat. Postq̄ vero aduētus eius salutaris infulsit: gētes cōuerse sunt per timorem: de quibus superius ait: Et terre eius miserebuntur. Reges quoq terrarum: scilicet eius glorie credide runt: id est: qui corpa sua diuis regulis infrenantes: sui imperatores esse dn̄o p̄stante valuerūt. Et hi sunt de q̄bus superi⁹ dixit: Quoniā beneplacitos habuerūt serui tui lapides ei⁹. Ipsi em̄ iam gloriā dn̄i verissime cognoscūt: qui i assumpta fidei firmitate cōsistūt. Quia edificauit dominus syon: ⁊ videbitur in †maiestate sua. Versus iste de superiorib⁹ pendet: quoniā oēs gētes ideo timebūt dominū: ⁊ reges ei⁹ gloriā formidabūt: quia edificata est syon: hoc est: mater ecclesia de viuis lapidib⁹ fabricata: in qua dn̄i cultura vsq ad finem mūdi sine intermissiōe pficiet. Iste aūt dn̄s q edificauit syō: id est: assumpti corpis veritate: videbit in maiestate sua: quādo hedos seq̄strat ab agnis: in gehēnā impios mittens: iustis donans beatitudinē sempiternā. Respexit in orationez †paupeꝝ: ⁊ non spreuit †preces eorum. Pauperes appellat fideles christi: q sicut sepe dictū est: mūdo egeni: ipso solo sunt diuites. Isti g̃ spiritusctō repleti: sicut iste q nunc loq̄tur: orationem dn̄o fundebant: vt iam venire precipet: ne diuti⁹ sanctoꝝ vota tardaret. Dicit em̄ respectā esse orationē paupeꝝ: q2 omnia ille icorpalia cōtuet: cui⁹ oculis nil pbatur occultū. Hoc est em̄ ipsius respicere: qđ non spernere. Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus q creabitur laudabit dominū. Paup ille peccatoꝝ recordatiōe cōtrit⁹: vigilijs ⁊ anxietate cōfect⁹: iam q̄si pphetali honore decoratus: p̄cipit vt scripture testimonio etas futura discat: qđ i p̄senti se p̄dicasse cog̃uerat: vt ambiguū nō esset vidētibus: quando ante tot secula cog̃scerent esse p̄dictuz. Altera enim generatio: significat populus vtiq christian⁹: qui ab illo p̄ore secundus est. Nam vide qđ sequit. Et popul⁹ q creabitur laudabit dn̄m. Creabitur: de futuro dixit: id est: per grām baptismatis regenerabit. Iste sine dubio laudabit dn̄z: ad cuius salutē venit: p quo ptulit occidi: ad cuius spē tertio die resurrexit a mortuis. Hic laudabit dn̄m: nouo sc3 cantico: sic in alio psalmo scriptū est. Cātate dn̄o canticū nouum. †Quoniā pspexit de excelso sancto suo: domin⁹ de celo in ter

Al.

Al.

Al.

P. 97

Al.

ram† pspexit. Hoc est qd dicebat supius scribendū. Nā vt virtutē ipi⁹ veritatis agnosceres: qd erat futuris seclis actitandū: iā dixit eē pfectū. Prospexit enī: pteritū signicat tps. Sz quam⁹ vñ pspexit: De excelso scto suo: id est: de celo. Prospexit eñ nob: dum fragilitatē nr̄e hūanitatꝪ assumpsit: qꝛ p ipm facti sum⁹ liberi: facti imortales: ꝛ i spe maxima collocati: si ad eū mereamur pna mēte couerti. Et vt sensus ipse nobis euidētius appareat: sequit: Domin⁹ de celo in terrā pspexit. Legit enim: Dn̄s in celo sedes ei⁹. Inde igit pspexit in terraz: id est: ad nr̄i corporis fragilitatē: q̄ mūdi vitiis tenebat obnoxia. Et respice qd in vtroqꝫ: pspexit: posuit: vt silitudine ipa vboꝝ vnā sentētiam esse declaret. Ut audiret gemitum †vinculatorū: vt †soluat filios interemptorum. Causam reddidit: cur dominus de celo in terram pspexit: scz vt audiret gemitū vinculatorū. Uinculatos hic nō significat hūanis nexibus illigatos: sed viros sctōs qui legalibus vinculis astricti: libertatꝪ noxie relinquere pbātur errores. De qbus ait salomon: Audi fili ꝛ excipe sentētiā: ꝛ ne abijcias cōsiliū meū: ꝛ infer pedē tuū i cōpedes illius: ꝛ in torquē illi⁹ collū tuū subijce. Et paulo post seqtur. Et erūt tibi cōpedes in ptectionē fortitudinis: ꝛ torques illius in stolam glie. ꝛc. Ipi sunt ergo vinculati: qs gemētes atqꝫ ad se clamantes dn̄s audire dignat⁹ est: vt mundū pctis pprijs irretitum beneficio sue miseratiōis absolueret: ꝛ filios interemptoꝝ q diabolica fraude pempti sunt: a paternis erroribꝰ diuina fortitudine liberaret: qd in ecclia qtidie fieri p carismata solēnia declarat. Ut †annūcietur in syon nomē dn̄i: ꝛ †laus ei⁹ in hierusalem. Quod venturū erat: mirabili breuitate descripsit. Annūciatū est eñ in syon nomē dn̄i christi: dum ibi pmū diuisis linguis magnalia dei locuti pbant apl̄i. Hinc factū est: vt a locali hierusalē velut a purissimo fonte: p eccliam generalez pia domini pcepta decurrerēt. Ideo enim auditū cōstat gemitū vinculatoꝝ: vt salutarꝪ dn̄s adueniret: ꝛ eccliam suā sanctissima religione firmaret. In cōueniendo pplos i vnū: ꝛ †regna vt seruiāt domino. Causas adhuc enumerat: cur gemit⁹ vinculatoꝝ audit⁹ est: scz vt conueniens pplus in vnū laudes dn̄i psonaret. Dicēdo eñ: In vnū: vtus catholice vnitatis ostēdit. Nam q̄uis pp̄s iste de diuisis mūdi ptib⁹ aggreget: ad vnū tamē cōueniūt: dū vna fidei regula cōtinent. Sic ezechiel ppheta testat: Hec dic dn̄s de⁹: Ecce ego accipio omnē domū israel de medio gentium in qs intrauerūt ibi: ꝛ cōgregabo eos ab omibus q in circūitu sunt eoꝝ: ꝛ inducam eos in terram suā: ꝛ dabo cos in natione vna. Et apl̄us ait: Un⁹ dn̄s: vna fides: vnū baptisma: vnus de⁹ ꝛ pater oim: q super oīa ꝛ p oīa ꝛ in omibus nob. Quapter illi vere dicēdi sunt cōuenire in vnū q iseꝑabili trinitati: id est: vni deo credere deuota mēte festināt. Seqtur etiā felix cōmutatio: vt regna terraꝝ celoꝝqꝫ seruiant dn̄o: tūc magis libera: quando auctori suo fuerint fideli seruitute deiūcta. †Et respondit ei in via virtutis sue. Qꝫ bene duobus vbis exp̄ssum est: qd sit religio christiana: id est: via vtutis: quā in doloribus qdem gradimur: in tribulatōibus cōmeamur: ſ hec oīa in christi noīe cū spe maxima sustinem⁹. Huic igit vtuti quam christ⁹ dn̄s pdicauit: sanctoꝝ congregatio deuota r̄ndet. Nam cū ille vocet ad bonā vitam: ipe illi r̄ndere cognoscit q imperijs eius obseqūes esse mōstrat. Quapropter respondet illi: non lingua sed vita: nō voce sed fide: nō clamore sed corde. Que omnia ad eccliam catholicam ptinere manifestū est. Paucitatem dierum meorū†enuncia mihi. Inter laudes domini multiplici varietate decursas: nūc pauper iste cupit agnoscere finez seculi: vt cito ad illam beatitudinē quaz sanctis pmisit dn̄s accedere mereatur. Nō eni amore vite lucis sue desiderat scire finē: sed vt in ipsis cōfessionibus pseuerās: ad reqem illaz celestis regni velociter pueniret. Paucitatem ergo dieꝝ dixit: qꝛ quādoqꝫ finiendos esse cōstabat. Eternitati eñ cōparata: vel totius mundi etas nimis videt exigua: qꝛ qdcunqꝫ finiendū est: longū dicere nō debemus. Ne reuoces me i dimidio dierum meorum: in seculum seculi anni tui. Prioris petitiōis volūtas apta

Ezech. 37

Eph. 4

Al. nō hz

Al. nūcia

Al. generatiōe ꝛ generationē

Iste imbre domini virescẽtes: in nouũ hominem pullularũt: de quibus dominus dicit. Uenit enim filius hominis querere et saluum facere quod perierat. †Quia memor fuit verbi sancti sui: quod† locutus est ad abraam puerum suum. Et eduxit populũ suum in exultatiõe: et electos suos in leticia. In his duobus versibus miraculorũ: que superius dixit causa narratur. Ideo enim dicũtur facta: quoniã abrae cõstabant esse promissa. Et respice quod dixit: Electos suos eduxit in leticia: quoniã illi qui murmurauerunt domini furore percussi sunt. Et dedit †eis regiones gentiũ: et labores populorum possederunt. Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant. Uenit ad septimũ beneficiũ. Dixit enim: Primũ: eductos in auro et argento. Deinde ex eis nullũ infirmatũ. Tertio expãsam nubẽ: que et lumen prestaret in tenebris: et in die remoueret solis ardorem. Quarto coturnicem datã. Quinto refert celesti pane satiatos. Sexto in locis aridissimis aquas irriguas emanasse. Ad postremum promissionum veritatẽ fuisse cõpletam: vt eis et regiones gentiũ traderet: et labores inimicorum pietate copiosissima largiretur. Quod enim dixit: Regiones gẽtium: ad possessionẽ videtur pertinere terrarum. Labores vero populorum: ad diuitias longo tempore cõgregatas. Et ne in presentibus rebus hererẽt corda mortalium: intulit spiritualia bona: vt eius debeãt et requirere et custodire mãdata: ne tantũ in illis spẽ haberent: que si ad tempus deliniũt: nõ tamen ad celorũ regna perducũt: sicut apostolus dicit: Quod si in hac vita tantũ in christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Iustificatiões autẽ eius sunt: vt deũ toto corde diligamus: proximos tanquam nos amemus: patrem veneremur: filium carũ habeamus: et cetere iusticie que in diuerso rerum genere sunt precepte. Has admonet custodiri: quia earum rerum euidens est et absoluta preceptio. Lex vero eius fuit: die sabbato debere requiesci: in pasca agnum anniculũ immolari: sacerdotes cum veste mystica ad altare accedere: et cetera que in hũc modũ a domino precepta

Sche
Al. nõ habz
P
Ioh. 6
Luc. 9
Al. fi
Al. bu
Al.
i. Cor. 15

noscuntur. Sed hec τ his similia nō corporaliter: sed spiritualiter sūt querēda. Ideo enim addidit: Reqrant: quia nouit precepta legis vmbram τ speculū esse futurorꝫ.

Alleluia.

Hec nō ociose percipias: quod alijs psalmis alleluia in capite τ in fine ponit: Alijs vero in solo titulo prenotat. Isti enim qui capite fineqꝫ concordāt: vt opinor: ad illam intelligētiam referendi sunt: quam in psalmis esse diximꝰ: qui capite τ fine simili terminant: vt sunt pcedentes: cētesimꝰ secūdus τ cētesimꝰ tertiꝰ. Siue quia expressiꝰ semper infundit quod sentētia iterata geminat: vt est: Nō sic impij nō sic. Et: Fiat fiat. Vł: Amē amē dico vob. Et: Abba pater. Hoc est eni abba: quod pater. Sit forte τ alia causa que latet. De hac autem re: nec a doctoribus nostris aliud potuimus accipere: nec nobis est aliquid ampliꝰ sentire cōcessum.

Conclusio psalmi.

Ecce vtrumqꝫ alleluia cātatum est: decursus est psalmus celesti laude plenissimꝰ: q τ pterita veraciter referret: τ in futuris nos salubriter cōmoneret. Passi sunt egyptij dignissimas vltiones: acceperūt iudei dona celestia. Nunc vnusquisqꝫ nostrū expectet eorū retributionem quorꝫ imitat exemplū. Inspiciēduz est autem lumine cordis: quod in fine psalmi positum est: vt ad iustificationes domini τ in lege eius tota mētis intētione dirigamur. Nā τ si bona tempalia suscipimꝰ: sicut abraam: ysaac: iacob: ceterisqꝫ fideles qui abundāti facultate floruerūt: in illam partē eē potius debemus intenti: vnde ad celorꝫ possimꝰ regna perduci. Ista eñ que delectabilē videri faciūt mundū: in eternitate nō habent locum. Meminisse autem debemus: hūc psalmū secundū esse horū: qui duz miracula hebreis collata describitur: per figurā allegoricam: que aliud dicit aliud significat: ventura christiani populi sacramēta declarant.

Explicit expositio in psalmum CIIII

Incipit expositio in psalmum CV

Alleluia.

Ecce iterū alleluiatica nobis gaudia redierūt. Ecce breuiter precipitur: vt dño totiꝰ psalmi iubilatione cantet. Sed inspiciamus quod a superioribus dictis: nec titulum nobis cognoscit mutasse: nec causaz. Titulꝰ est enim Alleluia: causa cōfessio: q miro modo ad laudes domini oino fecunda est. Motorꝫ eni hic ora soluta sūt: Hinc moyses cum viris: germana eiꝰ maria cum feminis: transitū rubri mar diuina laude celebrarūt. Hinc debbora iocunda exultatione pcinuit. Multi etiā pphete: cāticos diuersos: tanti miraculi cōfessione pfuderunt. Nō immerito: quia magnalia ista totiꝰ humane redemptiōis sacramēta testantur. Ab egyptijs eñ eripimur: quando ab operibus diabolic diuino munere liberamur. Mare rubrum trāsimus: quādo baptismatis sacramēta pcipimꝰ. In deserto pascimur: quādo diuina gra cōcedente in mūdi istius rerum bonaꝫ largitate satiamur. Ad terram pmissionis perducimur: quādo in illa felici patria munere superne pietatis intramꝰ: vt merito talis causa frequēter iterata pdicet: q tantorꝫ magnaliū pfiguratiōe decorat.

Diuisio psalmi.

Introducit cōfitēs populꝰ hebreorum: q relicta pfidia patrū suorum ad pietatē dñi ipo miserāte pductꝰ est: vt intelligamꝰ cum fuerint cōuersi: τ ipsos Alleluia merito p sua redemptiōe cantare. In prima igit narratiōe deprecat: vt societ populo beneplacito: q erat dñi saluatoris aduētu de gētibꝰ cōgregādus. Secūda: patrꝫ suorꝫ peccata dinumerat q fecerūt i egypto: mirabilia dñi recto corde minime cōtuētes: piū tñ dñm ab inimic suis eos liberasse cōfirmans. Tertia: ad peccādi studia refert eos reūsos: dominū tamen electi sui moysi pcibus dicit fuisse delinitū. Quarta: iniquitates eorū asserit iteratas: dominūqꝫ illos decreuisse pdere: nisi phinees serui sui supplicatiōe placaret. Quinta: ad aquā cōtradictionis moysen ab illis exacerbatū esse cōmemorat: posteaqꝫ filios suos in cultura idolorꝫ crudeliter occidisse. Unde dominus vehemēter iratus: tradidit eos gentiū seruituti: ac deinde misertꝰ in cōspectu inimicorꝫ eos reddidit gloriosos. Sexta: precat quod nouerat esse venturum: vt de vniuersis nationibꝰ ecclia catholica cōgreget: τ laudes domino eterna exultatione cōcelebret. Nunc partes psal-

mi: per apertas diuisionu₃ semitas ambulemus. Expositio psalmi.

C Onfitemini dño quoniam bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Sicut superior psalm⁹ in primo versu declarauit: quia cõfessio illa ad laudes domini debuisset aptari: ita ꝛ hic designat cõfessionẽ istam ad medicinam penitudinis applicandam. Sed ꝛ hoc quoqꝫ ad ꝑconia domini ptinere nõ dubium est: quãdo maior glĩa est pietatis cõfitenti parcere: q̃ꝫ viuẽti sine offensione prestare. Hebreoꝝ siquidẽ cõpuncta cõgregatio ꝛ diuina inspiratiõe correcta: loquitur ad reliquam plebẽ: vt antiqui erroris prauitate damnata: ad diuinã debeat redire clementiã. Et ne aliquis de culparum suarum nũerositatib⁹ terrereẗ: addidit: Quoniã bonus. Quis enim dubitet ad eum recurrere: quẽ sibi audit posse celerrime subuenire? Bonus eñ domin⁹ recte diciẗ: qui delinquentẽ pascit: qui expectat errãtem: qui solẽ suum facit oriri super bonos ꝛ malos: ꝛ pluit super iustos ꝛ impios. Hoc etiam ipsius veritatis voce declaraẗ: Nemo bonus: nisi solus de⁹. Addidit: Quonia₃ in seculũ misericordia eius. Audito bono dño: ne se humana negligẽtia ab studiosa ꝛ sedula supplicatiõe suspenderet: remedij causa₃ dicit: vt ad cõfessionẽ celerẽ dñi debeat munere festinare. In seculũ: vite huius significat cursum: vbi miseri sũt quicũqꝫ delinquũt: vbi fas est corda nostra conuerti ꝛ misericordiã postulari. Ibi eñ dãnatio est cõfiteri peccatũ: vbi iam ꝯstat eẽ iudicium. Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius? Populus iste quẽ dixim⁹: diuinoꝝ operũ estimatione cõpletus: negat humanũ sensum cõprehendere: quod de illa plenissime debeat maiestate narrare. Quis eñ: significat nullũ. Cui eñ aut ingeniũ suppetit ad cogitandũ: aut lingua ad depromendũ: vt tãta immẽsitas vnius possit ore narrari? Ubi merito dicẽdũ est: Nõ mihi: si lingue centũ sint oraqꝫ centũ: ferrea vox. Addidit etiam: Auditas faciet oẽs laudes ei⁹. Et hic quoqꝫ subaudiendum est: qs: vt pfecta nobis possit cõstare sentẽtia. Pulchra aũt varietate dictũ est:

Matth. 5

Mar. 10

Quis auditas faciet oẽs laudes ei⁹? Illa eñ possunt audiri: q̃ ꝓbãtur ꝛ dici. Hic quoqꝫ mod⁹ inter ꝓprias locutiões habẽdus est. Beati qui custodiũt iudicium: ꝛ faciunt iusticiã in omi tempore. Postq̃ꝫ negauit laudes domini posse cõprehendi: sentẽtiã dicit qua se cõsoleẗ gen⁹ humanũ: vt cũ illa nequit implere: h saltem custodire festinet. Custodire eñ iudiciũ est: qui inter alios recte iudicat. Iusticiã aũt facit: qui equabiliter agit. Siue illos beatos dicit: qui iudiciũ in fide custodiũt: Iusticiã vero in opere demonstrant. Sed vide quoniã addidit: In oñi tempore: sicut i euãgelio dicit: Qui pseuerauerit vsqꝫ in finem hic saluus erit. Merito ꝗ isti tales beati dicti sunt: qui precepta domini pura mẽte custodiunt. Hec tertia species definitionis est: que grece pęotes: latine qualitatiua dicitur. Que dicendo quid quale sit: id quid sit ostẽdit. Memento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo. Orãt deuoti: vt inter eos debeãt estimari q̃ dño fideli ope placuerũt. Nouim⁹ eñ israeliticum populũ: partim cõtumacẽ fuisse: partim in dñi constitisse mandatis. Unde isti suppliciter ꝑcatur: vt in illoꝝ societate debeant ãnumerari: qb⁹ potest eterna beatitudo gratia diuitatis attribui. Et vt fides eoꝝ pfectissima nosceret: optant se visitari a dño saluatore: cui⁹ aduẽtu se nouerãt eẽ saluãdos. Ipe est eñ salutaris: de q̃ btũs symeõ ait: Nũc dimitte seruũ tuũ dñe ẽm verbũ tuũ i pace: Quia viderũt oculi mei salutare tuũ: Quod parasti ante faciẽ oim populoꝝ. Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ: et gloriam plebis tue israel. Ad videndũ in bonitate electoru₃ tuoꝝ: ad letandũ in leticia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. Hoc ẽ: q̃ se petebãt a salutari dño visitari: vt bonitatem ei⁹ viderẽt: quã elect' erat aduent⁹ sui mũere prestaturus: q̃tenus cũ christiano populo gauderẽt: qui de ei⁹ erãt incarnatione letaturi. Ipa est eñ gẽs dñi: que de gentiu₃ est diuersitate collecta: vt esset grex vn⁹: ꝛ pastor vn⁹. Seqẗ harũ rex suauissim⁹ fruct⁹: vt laudeẗ dñs cũ hereditate sua. Utrũqꝫ eñ ꝯiunctũ ẽ: q: in ꝑconio dñi

sui fidelis ppſus ſine dubitatiõe laudat: ſicut in ſupiore pſalmo dictũ eſt: Laudamini in noie ſctõ ei⁹. Quapropter fidelis iſte pplſ: tãto deſiderio ad ꝯſpectũ dñi feſtinabat: tãta ſe chriſtiani plebi caritate miſcebat: vt nefas ſit putare: eum ſpũ nõ fuiſſe ꝯſpectũ: quẽ tanta grã cognoſcim⁹ expetitũ: ſicut ipẽ in euãgelio dic: Abraã deſiderauit videre diẽ meũ: vidit ⁊ gauiſus eſt.

Peccauim⁹ cũ patrib⁹ noſtris: iniuſte egimus iniqtatem fecimus. Uenit ad ſcdam narrationẽ: vbi pdictus popul⁹ humili ſatiſfactiõe ꝓſternit: vt illa in pncipio pſalmi declarata videat eſſe cõfeſſio. Dicit eñ peccaſſe ſe cũ patrib⁹: quoniam in eorũ erant lumbis ⁊ origine conſtituti. Nã cũ fuerit tps longe diuiſũ: quãdo in egypto pres eoꝝ miracula facta carnaliter acceperũt: cũ nulla dño ſatiſfactiõe reſpõderint: ⁊ etaſ iſta multũ poſterior eẽt ꝙ pſenti pſalmi ſeries cantaret: dubiũ nõ eſt illa eos peccata gemere: q ex parentum ſuoꝝ ꝓbabant neqcia ſuſtinere. Hoc hereſis pelagiana nõ accipit: dũ putat originale pctm̃ ad ꝓlem ade nullaten⁹ puenire potuiſſe. Cum maiorib⁹ eñ ſuis peccant: qui ſe p grãm dñi ab eoꝝ delicto nõ ſeparant. Quod pater auguſtin⁹ diligẽtiſſima librorũ diſputatõe ꝯuicit. Nũc aũt quãdo dño aſpirãte mẽs cõpũcta reſipuit: merito a ſe pctã parentũ volebat abſtergi: q ab ipſoꝝ cepat obligatiõib⁹ ſegregari. Et vt puriſſime cõfeſſiõis firmitas appareret: hec eadez trina iteratiõe cõfirmat. Hoc eſt eñ peccauim⁹: qd iniuſte egim⁹: h eſt iniuſte egim⁹ qd iniqtatẽ fecim⁹. Tãto eni vnuſqſq; celerius abſoluit: ꝙto a ſemetipſo viuacitate dãnat. Que figura dr Scheſiſonomaton: id eſt: mltitudo noim ꝯiũctoꝝ: diuerſis v̈bis vnã rẽ ſignificantiũ. Eſt ⁊ alia nob in hoc loco tradita expoſitio: qr cũ maiorib⁹ ſuis peccat: q delicta ſilia nõ declinat: ſed eadez facit: q pores ſuos feciſſe cogſcit: ita tamẽ vt a poſteris reat⁹ originalis pcti: niſi p gratiã dñi nõ poſſit excludi. **Pres noſtri in egypto non intellexerunt mirabilia tua: ⁊ nõ fuerũt meõreſ multitudinis miſcdie tue. Et irritauerũt aſcedentes in rubꝝ mare.** Duo ſunt q beneficia donata cõmendãt: intellect⁹ ⁊ memoria: qd vtrumq; in pfidis fuiſſe denegat. Nõ intellexerũt: pulcherrima locutione ſignatũ eſt. Uidebãt eñ pſtari: ſed qua cauſa fieret nõ ab eis ꝓbabatur agnoſci. Nam decẽ plagis percuſſi ſũt egyptij: vt decalogo futuro hebreoꝝ genſ deuota ſeruiret. Dimiſſi ſũt a pharaõe: vt ⁊ illi relinquerẽt diabolũ cum miniſtr. Sz illi carnaliter q geſta ſũt intuẽtes: ſpiritualis gratie minime pmia queſiuerũt. Non fuerũt aũt memores miſcdie dñi: quando vidẽtes pharaonis exercitũ anteq; mare rubrũ divideret: credebãt ſe euadẽdi ſubſidia pdidiſſe: ⁊ contra moyſen locuti ſunt: meli⁹ ſibi fuiſſe duro ſubiacere ſeruitio: ꝙ tota gens perire potuiſſet i heremo. Poſt hec: ꝯſequẽs fuit vt irritarẽt dñm aſcẽdentes in rubꝝ mare: qñ nõ crediderunt poſſe fieri qd eius audiebãt omipotentiã polliceri. Ita factũ eſt: vt nec intelligerẽt virtutem dñi: nec ei⁹ beneficia deuota mẽte retinerẽt. Bene aũt poſitũ eſt: Irritauerũt: qſi p ſe quietũ atq; placatũ: infenſum ⁊ iracundũ ſibimet reddiderũt. Aſcẽdẽtes aũt in rubrũ mare: dictũ cõſtat poſitiõe terrarũ: quoniã cũctis regionib⁹ egypt⁹ phibetur humilior: ⁊ inde diſcedẽtes loca petere viſa ſunt altiora. **Et liberauit eos ꝓpter nomẽ ſuũ: vt notã faceret potẽtiã ſuã.** Dicẽdo: Propter nomẽ ſuum: deſignare mihi videt dñm ſaluatorẽ: cuiuſ vocabulo ꝯuenit ſaluare periclitãtes. Deus eñ qñ liberat pctores: nõ ꝓpter merita eorum pſtat: ſed ꝓpter nois ſui potentiam demõſtrãdã: vt pi⁹ euidẽter appareat: ſi in meritis beneficia larga cõcedat. Qd enim dicit: Notam fecit potentiã ſuã: nõ carnalib⁹ vtiq; oclis: ſed ſpũali cogitatiõe vidẽtibus. Nam ſi omibus notã feciſſet: neq; ꝙ dur⁹ populus de incredulitate peccaſſet.

Et increpauit mare rubꝝ ⁊ exiccatũ eſt: ⁊ deduxit eos in aqs multis ſicut in deſerto. Increpatiõnẽ: vocauit occultũ diuīitat imperiũ: qr mare in exodo voce dñi nuſq; legim⁹ increpatum. Agit eni ille occultis motib⁹ vniũſa q pcipit: ⁊ qſi ad audiẽtes loqt: q ſenſuz nõ hñt attributũ. Tãta eñ v̈tus iuſſiõis ẽ: vt parere pualeãt: q audire nõ norũt. Siccatuz mare: nõ p vniuerſitate debem⁹ accipere:

Margin notes: Ioh 8 · Al. nõ · mare · Al. rubꝝ · Al. ſaluauit · Al. icrepuit · Al. abyſſis

sed tantū q̄ntum illis iter aperiret. Nam plus inde miraculū fuit: vt vnde liq̄de excisis laterib⁹ ꝯstitissent: nec flueta fluerēt: sed montiū q̄dam firmitate cōsisterēt. Sequit̄. Et deduxit eos in aquis multis sicut in deserto. Desertū est maxime: qđ aquaꝝ inundatiōe deserit̄: vt nullū ibi aīal possit habitare periculo siccitatꝭ ingenito. Educti sunt ergo hebꝛei ꝑ abyssum: tanq̄ ꝑ loca deserta: q̄ nimia sterilitate siccātur: ostēdens: quoniā sic aruit illa via fluentoꝝ vt vsq̄ ad iter potuisset peruenire puluereū.

Al'. saluauit
Al'. inimici

Et† liberauit eos de manu odiētiū: ꝛ redemit eos de manu† inimicoꝝ. Quis esset ꝛ hoc beneficiū si eos de potestate aliena liberaret: tamē auxit muneris q̄ntitatē: dicēdo: De manu odiētiū: quib⁹ vtiq̄ parcere nō poterāt: q̄s imanit̄ impetebāt. Horrebāt plane: ꝓpter quos ꝛ tantas plagas susceperāt: ꝛ reꝝ suaꝝ amissione priuabant̄. Intelligit̄ etiam de cōspirata demonū cohorte: q̄ humanū gen⁹ stimulo peccatoꝝ: ꝛ odit ꝛ percutit. Seq̄tur. Et redemit eos de manu inimicoꝝ. Hoc si ad litterā velis accipe: nō videt̄ posse congruere. Nam vt liberaret hebꝛeos: nullū egyptijs ꝑcium dedit: quib⁹ magis ꝓ sua cōtumacia plagarū dura geminauit. Sed hoc ꝓphetie spiritu dictū credam⁹ de temporib⁹ chꝛistianis: quando domin⁹ saluatoꝛ peccatores obnoxios ꝑcioso sanguine suo a diaboli redemit iꝑio. Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis non remansit. Hoc quidem ad litteram sine ꝯtrouersia videt̄ intelligi: quia nota est in exodo cōmemoꝛata descriptio. Uerū: Un⁹ ex eis nō remāsit: nō ad vniuersam egyptioꝝ gētem respicit: sed tantū ad insequentiū multitudinem tendit: q̄ ibi vsq̄ ad minimū pꝛobatur extincta. Remāserant enim de egyptijs qui letarentur in ꝓfectione eoꝝ: sicut in psalmo supioꝛe dixit: Letata est egyptus in ꝓfectione eorum: sed illi scilicet qui i casu simili nō fuerunt. Et crediderūt in verbis ei⁹: ꝛ† cantauerūt laudes eius. Post miraculū tale dicēdo: Crediderūt: duriciam coꝛdis demōstrat: qđ nō ante euētum rei: sed post effectū miraculoꝝ credere maluerunt. Nā ꝛ si bonū sit visis reb⁹ acq̄escere:

Al'. laudauerūt laudē

multo melius pꝛomissa credidisse: sicut in euāgelio thome dicit: Quia vidisti me credidisti: beati q̄ non viderūt ꝛ crediderunt. Quod ṽo addidit: Et cantauerūt laudes eius: hymnū significat exodi: qui ait: Cantemus dn̄o: gl'iose eñ honoꝛificat⁹ est. ꝛ cetera que hebꝛę⁹ ꝑplus pacto miraculo magna exultatiōe cantauit: sicut in tituli expositione narratū est. Cito fecerūt ꝛ obliti sunt operuꝫ eius: non sustinuerunt cōsilium eius. Uenit ad terciam narrationē. Cito fecerūt: ac si diceret: summa celeritate mutati sunt: vt qui laudes dn̄o de collatis mirabilib⁹ canebant: paulopost cōtra eum nefandas murmurationes assumerent. Nō sustinuerūt consiliū ei⁹: quādo ꝓus ꝯceperunt desperationem: q̄ eius parata beneficia ꝓuenissent. Dn̄s eñ q̄ eos liberauerat talib⁹ tantisq̄ miraculis: nullā eos victualiū reꝝ passus fuerat penuriā sustinere. Sed illi anticipauerūt cōsiliū supernū: q̄ eius noluerūt expectare dispositū: moꝛe fragilitatis humane: q̄ dum sibi nimia festinatione ꝓuidere putat: incaute dispositionē diuinitatꝭ anticipat. Et cōcupierūt† cōcupiscentias in deserto: ꝛ temptauerūt deum in† siccitate. Hoc erat qđ ꝯsilium ei⁹ minime sustinuerūt: vt in deserto comestionē sub diffidētia peterēt: ꝛ aquaꝫ sibi dari sub murmuratiōib⁹ postulassent. Que figura dicit̄ Cacozelon: id est: mala affectatio: q̄tiens ingeniū iudicio caret: ꝛ spe boni fallit̄ ꝑcipitata velocitas. Cōcupierunt aūt cōcupiscētias. Gen⁹ h̄ locutiōis in scripturis sc̄tis oīno creberrimū est: vt est: Desiderio desideraui manducare vobiscū pasca. Et illud: Qui maledixerit patri vł matri moꝛte moriet̄. Siue: Castigās castigauit me dn̄s. ꝛ his silia. Ostēdit eñ nimietatem desiderij positio geminata verboꝛuꝫ.

Et dedit eis† petitiones ipsoꝝ: ꝛ misit saturitatē in animas eoꝛum. Tempoꝛalia petētes: merito carnea bn̄ficia susceperūt. Duob⁹ eñ modis aīam dicim⁹ esse satiatā. Cū escis coꝛpalib⁹ ꝓ carnis infirmitate reficit̄: ꝛ cū sp̄uali iocūditate cōplet̄. Sed h̄ aīas eoꝛū carnib⁹ potuq̄ dic̄ esse saginatas: vt ipa volūtas q̄ desperatiōe peccauerat: reb⁹ emergētib⁹ vince-

retur. Et irritauerūt moysen in castris: et aaron sanctum dn̄i. Saturitatem ventris secuta seditio est: q̄ plerūq; causas excitat: vn̄ pericula pniciosa pueniāt. Irritari aliquē dicim⁹: ad iracundiā puocari: aut actionib⁹ alioꝝ iprobis: aut verbis asperrimis. Illud em̄ significat: qn̄ dathan et abiron honorē sibi cōtra moysen et aaron excitatis cōtentionib⁹ assumebāt: vnde eoꝝ pena psequtur. Irritauerūt enim viros sctōs ad interitū suū: q2 p inuidiam loqbantur: qd dn̄o displicuisse cognoscitur. Qd cōgrue iter laudes dn̄i ponitur: q2 suos famulos vindicasse declaratur. Aperta ē terra et deglutiuit dathan: et operuit super congregationē abiron. Hec vt testatur nūeroꝝ liber: sup illos ptigisse manifestū ē: q gratiam supnā aaron et moysi collatā venenosis inuidię dentib⁹ appetebant: vt sibi honorē cōtumacitur assumerēt: quē supdictis cognouerāt misericordiam dn̄i cōtulisse. Quib⁹ similis exitus puenit: q2 causa vna scismatis fuit: deglutiti sunt a terra: q2 terrena sapuerūt: vt ipsa pene qlitas scelerata facta testetur. Et exarsit ignis in synagoga eoꝝ: et flāma †eoꝝ pbussit peccatores. Hoc factum est sup ducētos qnquaginta pplices dathan et abiron: qui eoꝝ infeliciter vota secuti sunt: vt thuribula tenere psumerent: qd idē nūeroꝝ textus eloqtur. Synagoga vero h: nō templū significat: sed adunationē: quā pustā diuino cōstat incēdio: vt q i incēsi psumptiōe peccauerāt: celesti flāma cremarentur. Ideo em̄ addidit: Eorum: vt eā a ipso dn̄i separatā fuisse sentires. Flāma em̄ dicta est: a flagello comaꝝ suaꝝ. Et fecerūt vitulū in oreb: et adorauerunt sculptile. Hoc q; notissime historię narratōe declaratur: qn̄ moysi absentiā iudei mime tolerantes: pdigioso sensu in oreb mōte deserti: deum metallicū sibimet effecerūt. Sed qn̄to ipsis iumētis deteriores erāt: q nec viuū pecus estimabāt irridēdis deuotiōib⁹ adorādū: Oreb vero iterptatur caluaria: vbi postea dominū crucis patibulo carne pstat occisū: vt in ipso eodēq; noie: iā tunc et in illo deserto oreb culturā dn̄i pfidi nefanda psumptiōe violarēt: quoꝝ posteritas erat in caluarie loco crucifixura dn̄m xp̄um. Illud q; estimo cōsiderandū qd dixit: Adorauerūt sculptile: q2 in exodo legim⁹: vitulū cōflatilē: collatis ornamētis mōstruoso qdā indicio fuisse formatū. Sed duas res h dictas debemus adūtere: vt vitulū adorauerint in deserto: et postea sculptilia simulachra in repmissiōis terra coluerint: qd in subseqntibus ipse dictur⁹ est. Et mutauerunt gloriam suā: in similitudinē vituli †mādūcātis fenū. Glia eoꝝ: fuit adorata diuinitas: quā infelici cōmutatiōe pdentes: vsq; ad h puenire meruerūt vt deserētes celi terreq; creatorē: deū sibi facerēt similitudinē vituli fęna comedētis. O nefariū scel⁹: sic potuisse decipi: q tāta miraculorum fuerant visione cumulati. Quale em̄ piaculū fuit mutū aial deo sile credere: qd sacrilegiū fuisset vel hoibus cōparare: Sed h totū impatiētia fecit leuissimoꝝ hominū: q semp ducit ad culpas et precipitat ad ruinā. Nā si cām rei sub vitate discutias: nullū crimē est qd non impatiētia matre nascatur. Cōtra h illud vere remediū ē: illd fixū indubitatūq; psidiū: Expectās expectaui dn̄m: et respexit me. Obliti sūt deū q saluauit eos: q fecit magnalia in egypto: mirabilia i terra †cham: terribilia in mari rubro. Magna crescit sup iudeos obliuionis inuidia: vt qd bn̄ficiū in mēte hr̄e potuissent: qbus liberatio sua i mēoria pmanere nō valuit. Et ne putaretur puū: qd ab aio videbatur exclusū dic: Magnalia. Que et si p bn̄ficijs collatis a pfido aio retinere nō poterāt: certe vel p ipa reꝝ magnitudie recoli debuerūt. Addidit etiā: Mirabilia: q nullo mō excusabiliter: quis mutabiles de suis mētibus excludere debuissent. Ad postremum cumulauit: et terribilia: q solēt hūanis animis inuacuis insidere: qꝝ dū pauor reuoluitur memoria nō deletur. Sed qlis h stupor: qlis accusatur amētia: vt inter tanta magnalia declinare potuissent: qui hec opabatur auctorem. Et cōsidera: q; mltas res singuloꝝ veroꝝ adiectōe cumulauit. Que figura dicitur Auxesis: id est: augmētū paulatim ad supiora cōscendēs. Hoc siue i laudibus siue in vitupationib⁹ oino pualidū est. Et dixit vt dispderet eos: si nō moyses elect⁹ ei⁹ stetisset in cōfra

Al. comedētis

P

Ps. 39

Al. cham

Sche

ctiõe in ɔspectu ei⁹. Ut auerteret iram eius: ⁊ ne †disperdidisset eos. Hec om͞ia exodi text⁹ enarrat: quãdo dñs ad moysen locutus est: vt tam acriter peccantem populũ ira sua cõsumere permisisset. Sed ille in cõfractiõe: id est: in ꝑditiõe illa: quã popul⁹ merebat̃ excipere: stetit cõtra dñm dicẽs. Si dimittis illis peccatum dimitte: sin autem dele me de libro tuo. O sanctũ viꝝ ⁊ omni laude dignissimũ: quãdo a mõte syna ad castra descẽdit: ⁊ ãte simulachꝛuȝ vidit populũ nefanda gesticulatione gaudenteȝ: cõmot⁹ aduersus eos: tabulas fregit: ⁊ gladio alteruꝝ iussit interfici: sed vbi vniuersalis calamitas iminebat: se poti⁹ ꝑcatur extingui: ne pateretur gentẽ generaliter interire. Utrunqꝫ pium: vtrumqꝫ gl'iosum: vt merito loqueret̃ cuȝ diuina clemẽtia: q̃ eius dilexit facere cõstituta. Simul ⁊ illa v̇tus ostẽditur: qꝛ ꝑcib⁹ sanctoꝝ sepe pęnas debitę mortis euadimus: nõ qꝛ valet aliq̃s domini mutare disposita: sed ita vt euenĩũt ab eo nouerit eẽ ꝑscita. Et pro nihilo habuerunt terraȝ desiderabilẽ. Nõ crediderũt in verbo eius. Uenit ad quartã narrationẽ: in qua iudęos: nec futuras ꝓmissiones in animo dicit habuisse: nec transacta miracula. Ideo eñ nulla videbant̃: quia semꝑ carnaliter ⁊ visa ⁊ audita cogitabãt. Desiderium siq̃dem corꝑale cito fastiditur acceptũ. Sed aduerte: q̃ꝫ magna terra itelligẽtibus fuit: vt desiderabilis esse diceretur: illis tamẽ nulla visa est: quia nihil ĩ ea spirituale senserũt. Seq̃tur. Nõ credideꝛt in verbo eius. Filium significat: cui plebs nefandissima non credebat. Siue hoc ad litteram cõgruenter aptatur: qꝛ ideo murmurauerũt qꝺ eius ꝓmissionibus minime credere maluerũt. Multa enim de se eoꝝ perfidia facit intelligi: sed vbiqꝫ reatus ẽ. Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocẽ domini. Dum murmurationibus exercerentur: vocem domini nullatenus audierunt. Istud eñ illis plerũqꝫ cõtingit: qui dũ aliis vocibus occupantur: alia exaudire non possunt. Et nota quod hoc verbum exauditiõis: cõmuni vsu supplicibus tantũ non superiorib⁹ applicat̃. Unde quia hic dicit nõ exauditũ dominũ: cõstat inter proprias elocutiones scripturę diuinę rationabiliter esse referẽdũ. Addidit: In tabernacul' suis: vt nõ hoc laborãtibus: sed ociosis cõtingere videretur. Maior eñi criminis crescit inuidia: cũ murmurare contingit ociosis. Et eleuauit manũ suam super eos: vt ꝓsterneret eos in deserto. †Ut deijceret semẽ eorũ in nationibus: ⁊ †dispergeret eos in regionibus. Hic iusticia domini ꝑmittitur: vt secuta pietas maiore gloria sentiatur. Dicit enim insurrexisse domini potestatẽ: vt ĩ excedẽtib⁹ vindicaret: eosqꝫ in deserto prosterneret: qui pręcepta domini audire noluerũt. Deinde: vt semẽ eoꝝ: id est: reliq̃s eorum humiliatos inter natões redderet: qui pridẽ gloriosi cunctis gentibus extiterunt. Ad postremũ inclinatos atqꝫ despectos per regiones dispergeret: ne quicq̃ꝫ vlterius de sua cõgregatione presumerent. Et †cõsecrati sunt beelphegor et †mãducauerunt sacrificia mortuorum. Et irritauerũt eum in †studiis suis: ⁊ multiplicata est ĩ eis ruina. In his versibus ⁊ excessus maior ⁊ vehementior ira subiungitur: vt non solum ad temp⁹ sacrificasse: ꝫ etiã ipsi quoqꝫ idolo gẽtiũ beelphegor ɔsecrati esse viderentur. Sic enim in culturas demonũ ritusqꝫ trãsierant: vt iam non domini: sed demonũ serui esse probarent̃. Pulcherrime aũt dictũ est: Sacrificia mortuoꝝ: quia defunctis hominib⁹ ĩ mpẽdi cultura ip̃a ꝓbabatur: quos gentilitas immortales deos esse iudicabat. Sed intẽde sollicite: qꝺ multiplicatã ruinã supra eos dicit: q̃bus erat sãcti sui ꝑcibus parcitur⁹. Illud enim quod debebatur multiplicatũ dixit mole peccati: vt maior fieret clemẽtia q̃bus nũerosior relaxabat̃ offẽsa. †Stetit phinees ⁊ †exorauit: ⁊ cessauit quassatio. Et reputatũ est †illi ad iusticiã: in generatõe ⁊ generationẽ vsqꝫ in †secl'm. Stetit: verbũ ip̃m soliditatẽ mẽt' ostẽdit: vt in illa generali perturbatiõe sol⁹ ausus fuerit cõfidentiam deprecantis assumere. Nam cum legat̃ zelo trãsfixisse iudeũ: qui mulieri madianitidi cõtra vetituȝ domini miscebat̃: tamẽ quoniã hoc zelo diuio fe-

Al. disꝑderet

Exo. 32

cisse cognoscit: oratio magis dicta est quam operatio. Quisquis enim bonis actibus occupatur exorat: cuius homicidium non horruit: quoniam adulterii maculam vindicauit. Intantum enim post effusum sanguinem innocens fuit: ut ipsius quoque iudicis meruerit voce laudari. **Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: et vexatus est moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labiis suis.** Venit ad quintam narrationem: ubi illa refertur offensio: quando post tot ostensa miracula: sub nefandis murmurationibus aqua petebatur. Que sic noscitur expetita: ut contradictio magis videretur esse quam postulatio. Ibi enim moyses: sicut in libro legitur numerorum: nimia iudaici populi importunitate succensus: diffidenter excrepuit dicens. Audite rebelles et increduli: numquid de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? Quo sermone et ipse quoque peccauit: qui iam tantis miraculis praeceptis: non credidit dominum que fecit esse facturum. Quod dictum labiis suis a priore constantia omnino distinxit atque separauit: quando istud ambigue locutus est: dum illa certissima fide promisisset. Quod locutionis genus scripture diuine proprium esse dicamus: quando hoc nec littere seculares: nec communis usus exercet. Hic autem moysi sanctitate seruata: hoc tantum meruit ultione percelli: ne in terram introiret promissionis: qui de domino magna promittere non presumpsit. Nam post obitum eius: cum ad iesum naue: loqueretur dominus dixit: Conforta re igitur et esto robustus valde: ut custodias et facias omnem legem: quam praecepit tibi moyses seruus meus. Dicendo enim: seruus meus: gratiam in eo mansisse sue pietatis ostendit. **Non disperdiderunt gentes quas dixerat dominus illis. Et commixti sunt inter gentes: et didicerunt opera eorum et seruierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum.** Tanquam parum fuisset quod peccauerat in deserto populus hebreorum: sic postquam terras promissionis intrauit oblitus domini mandatorum cum illis se magis gentibus vetita societate coniunxit: quas propter idolorum culturas eis fuerat delere preceptum: addentes malum sceleribus suis: ut se eorum quoque superstitione polluerent: factaque illis est scandalum repromissionis terra: que fuerat in magnum premium: domino largiente concessa. Miserrimi hominum: qui dei munus in peccata verterunt: ut quod ille donauerat ad gratiam: excedentibus fieret ad ruinam. Sic monemur recte uti beneficiis: diuina largitate collatis: ne magis inde pereamus: unde subleuati fuisse cognoscimur. Scandalum: grecum nomen est: significans sinistrum: quod mentes eorum in leuam partem peruersa imitatione deduxit. **Et immolauerunt filios suos et filias suas: demoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum et filiarum.** Quis in scripturis diuis: effusum sanguinem humanum ab hebreis qui in terram repromissionis ingressi sunt: in sacrificiis demonum non legatur: tamen ab etate sequenti: hoc fieri potuisse non dubium est: quando et presens scriptura index probatur esse veritatis. Et inspice quemadmodum veraci relatione peccantium exaggeratur iniquitas. Primo enim dixit: Effuderunt sanguinem innocentem. Et ne putaretur extranei: addidit: Filiorum suorum et filiarum: quorum salus in humana conuersatione dulcissima est: ut illis non parcerent pro quibus pii parentes etiam interfici non recusant. **Quos sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus: et contaminata est in operibus eorum: et fornicati sunt in obseruationibus suis.** Adhuc in ipsa auxesi et in his duobus versibus perseuerat: quod schema grece dicitur Climax: latine gradatio: quia per gradus quosdam siue in laude siue in vituperatione sensus noster ascendit: quam proxime quidem diximus: sed non piget frequenter repetere quod auctoritas ipsa cognoscitur iterare. Et quia dixerat: Filiorum filiarumque sanguinem fusum: adhuc crescit inuidia: adhuc grandescit scelus: quando illa monimenta caritatis horrendis sculptilibus sacrificata memorantur. Interfectam igitur terram: crudeles homines debemus accipere: qui se magis iniqua deuotione trucidarunt. Interficiendo enim filios suos: tam nefario scelere: parentes potius videbantur extingui. Tropica enim locutione positum est: interfectam terram: dum terreni homines dicantur malis actionibus interempti. Exposuit enim quemadmodum infectam dixerit terram: cum carnales et insipientes pessima

Al. suarum

Al. Quas

Al. adinuentionibus

Sche

Al'. furore dñs in pplm suũ

Al'. vidit

Al'. et audiuit

fuerint actione demersi. Nam illi fornicati videntur in dño: qui se adulterinis supstitionib⁹ polluerunt. Et iratus est† animo dñs in pplo suo: et abominat⁹ est hereditatem suã. Et tradidit eos in manus gẽtium: et dñati sũt eoꝝ q̃ oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eoꝝ: et humiliati sũt sub manib⁹ eoꝝ. Hoc quoq; tropica locutione dictũ est: quia pturbatio animi cadere nõ probatur in dñm: sed vindicte eius excita potentia: humana cõsuetudine ira vocitatur. Sed quid fecit iratus? Auersus est ab illis: quod maloꝝ omniuz cõstat extremũ. Sic quãdo illud qd continet subducitur: necesse est vt earum q̃ continentur ruina ptinus cõsequatur. Traditi sunt eñ opprobrio seruitutis: q̃ gloriari videbantur in idolis. Seqtur. Et dominati sunt eis qui oderunt eos. Quis omis dominat⁹ gẽtilis videat esse molestissimus: addidit: Qui oderũt eos: vt grauius esset cum seruiret infenso. Nullis eñ obsequijs talis domin⁹ placari põt. Naz qui semper odit: semp iratus est. Deniq; vide qd seqtur. Et tribulauerũt eos inimici eoꝝ: et humiliati sunt sub manib⁹ eorum. Talis ergo vicissitudo recipitur: vt qui amãti domino seruire noluerunt: odiẽtibus inimicis iusto iudicio pbarent eẽ subiecti. Sepe liberauit eos. Ipi aũt exacerbauerũt eũ in cõsilio suo: et humiliati sunt in iniqtatib⁹ suis. Et respexit eos cum tribularent: †cum exaudiret orationem eoꝝ. Duplici modo hic miscdia diuinitatis exponit. Premisit beneficia: et hũana nõ cessauit iniquitas. Intulit vindictam et afflictis iterũ dignata est donare clementiã: vt intelligam⁹ ipsum et bona pmittere: et flagellatis denuo subuenire. Hoc enim in his vsibus reperis: si diligenter intẽdis. Et memor fuit testamẽti sui: et penituit eum scdm multitudinẽ misericordie sue. Tam dicit quare fuerit israeliticus popul⁹ cum sepius peccaret audit⁹: nec vsq; ad perditionẽ debitam domini miseratiõe puenerit: Propter testamentũ scilicet nouũ quod ẽ eternũ: vbi domini aduẽtus eluxit q̃ nulla successiõe mutabit. Ipe eñ pmissus est abrae: q: de ei⁹ erat semine nascitur⁹. Hoc erat abscõditũ in pphis: sꝫ euãgelij tpe reuelatũ ẽ. Penituit aũt more hũanitatis dicit: q̃ dũ penitet psueuit mutare dispositũ. Apud dñm. n. cũcta certis modis ordinata discurrũt: nec aliqd nouũ p psciẽtiã ei⁹ euenit: dũ oia q̃ sũt faciẽda cogscit. Necesse eni fuit vt nob nro more loqret: q̃ naturã mortalitatis vt nos i etnũ viuificaret: assũpsit. Sed psidera q: ista penitẽtia dñi tunc fieri dr: qñ et nos penitẽtes esse cogscit. Tal' eni ille nob efficit: q̃les nos sibi esse pbauerit. Addidit: Scdm mltitudinem miscdie sue. Ipa ẽ que cũcta pctã supat: ipsa q̃ vsq; ad nram carnez venire digta est. Multitudo eñ miscdie iuste dr: p quã mũdus noscit eẽ libat⁹. Et dedit eos i miscdias: in pspectu oim q̃ eos ceperat. In misericordias dic eos datos: q: diũsa carismatũ munera susceperunt. Alij eñ pphe: alij apli: alij martyres: alij pfessores: ex ipo populo dñi miseratõne floruerũt: vt eosdem postea miraculoꝝ ituitu venerent gẽtes: q̃s añ velut abiecta mãcipia possedert. Siue magis ad diabolũ vel mistros eius referri põt: vt corã eis redderent liberi: q̃ꝝ puitate pus videbant eẽ captiui. Vñ apls dic: Pricipẽ ptãtis aeris hui⁹: q̃ opat i filios infidelitatis. Et alibi: Vt resipiscãt a diaboli laqueis captiuati ab ipso sm ipi⁹ volũtatẽ. Saluos fac nos dñe de⁹ nr: et cõgrega nos de natõib⁹. Ut pfiteamur noi tuo sctõ: et gliemur in laude tua. Populus ille cui ab initio psalmi istius vba dedimus: postq̃ se copia dñice laudis expleuit: sexta narratõe prem dñm depcat: vt eccliam suã de gẽtiũ pgregatione pficiat: illud q; sbiungẽs: Et gliemur i laude tua: nõ in hũana iactantia sed in te: vbi est reuera fixa gloria et sine fine leticia. Et ituere: quod hic saluare dicit pater. Legitur etiã et filium saluare: vt est illud: Venit fili⁹ hominis saluũ facere quod perierat. Predicat etiã saluare spiritũ sanctum: vt est illud ad titum: Saluos nos fecit per lauacrum regeneratõis et renouatiõis spiritussancti. Sic indiuisibilis trinitatis eqlitas atq; vnitas: et vbis sib⁹ et vtutib⁹ indicat. Bñdictus dñs deus israel: a seculo et vsq; in seculum: et dicet

Ep. 2. · Ti. · Lu. · Ti.

omnis popul⁹: fiat fiat. Hec est laus quā supiore versu cōgregatos optauit populos psonare. Hoc etiā nūc sancta canit eccl'ia: q̄ se de tāto bono p̄senti tempe consolat̄. Sed hoc dicit: ab isto seculo vsq₃ ad illud ppetuū seculum esse faciendū: vt continuata laus nunq₃ debeat habere fastidium. Sed cum p̄dictos hymnos deuot⁹ iudeoꝝ populus canat: quis est iste alter q̄ dic: Fiat fiat? Scilic₃ vt mihi videt̄ populus ille p̄putij est: qui eo tempe in fide non erat: quādo psalm⁹ iste canebat̄: qui tamē ꝓphetie ꝟtute futur⁹ introduct⁹ ē: vt amore vniuersitatis diceret: Fiat fiat. Sic hodieq₃ in ecclesijs: orātibus sacerdotib⁹: respondetur: Amen: id est: fiat. Sic iam illis tempoꝛib⁹ ipsi indicabant̄: qui nunc idem faciūt. Cōuenit enim hec verba ad talē intellectū trahere: q₃ libroꝝ determinatiōes aduertere: sicut quibusdā placet.

Cantatū est alleluia Conclusio psalmi. festiuū: responderūt oīa titulo suo. Nā licet diuersa dicta sint: in vnā tamē gr̄am tanq₃ voces canori organi cōuenisse noscunt̄. Quapropt summo desiderio supplicem⁹: vt nos de beneplacito sibi ppl'o esse ꝯcedat: q̄ de prauis recta: de amaris dulcia: de tpalibus facere cōsueuit eterna: q̄ten⁹ ꝛ nos in christo dn̄o gloriātes cōiter dicere mereamur: Bn̄dict⁹ dn̄s de⁹ israel a sec'lo ꝛ vsq₃ in seculū. Meminisse aūt debemus q̄ḋ hic psalm⁹ q̄uis habeat: Peccauim⁹ cum pr̄ibus nr̄is: iniuste egim⁹: iniq̄tates fecim⁹: ad penitentes tñ non debeat applicari. Primū: cui festiuū alleluia p̄missum ē. Deinde: qꝛ ppl's loq̄tur hebreoꝝ: cū singule psone penitētib⁹ dentur. Tertio: plus historiā cōtinet q₃ delicta deplorat. In mult' p̄terea psalmis de peccati satisfactione breuiter inuenis dici: cū tamē nō ad ipam cām videant̄ aptati.

Explicit expositio in psalmum CV

Incipit expositio in psalmum CVI

Quoniā psalmus Alleluia. iste cū alijs duob⁹ supioꝛib⁹ sili titulo p̄notat̄: ꝯuenire putamus vt nos q₃ ipsoꝝ relatiōes sb vna expositione memorem⁹: q̄ten⁹ mun⁹ tāti secreti faciliꝰ possit intelligi. In p̄mo alleluia cōmēdat̄ ppl's iudeoꝝ: de q̄ nulla q̄rela est. Scd'o eos cōmemorat: q̄ in eadē gēte creberrimis offensionib⁹ errauerūt: ꝛ ad dn̄i gr̄am ipsius miseratiōe reuersi sunt: hic aūt cōmonetur ppl's christian⁹ vt laudes dn̄i ꝓ collatis sibi bn̄ficijs debeat psonare. Hic breuit̄ pōt intelligi q̄d in vnoq₃ eorum debet inq̄ri. Vn̄ nūc ꝓpha: vt dictū est: cōmonet populum christianū q̄ dn̄i redemptione saluatus est: vt ꝯfitendo p̄terita: nouū cantet alleluia. Vox ista suauis est: hic sermo festiuus est. Quapropter venerant̄ audiam⁹ stupēda magnalia: q̄ tanti tituli splēdore p̄notant̄.

Post hebraici Diuisio psalmi. ipsi cōfessionē: de q̄bus p̄cedentes psalmi locuti sunt: ꝓpha venit ad ppl'm christianū: q̄ p spacia toti⁹ orbis supstitionū solitudie atq₃ erroꝛe vagabat̄. In p̄ma sectiōe cōmonēs eū vt laudes dn̄i debeat cōfiteri: qm̄ ei⁹ g'lioso sanguine redēptus: eccl'ias accepit: q̄ p aras demonū lucosq₃ stulto rapiebat̄ erroꝛe. Scd'a: gr̄as dicit domino pagendas: qui gentilium animas veritatis pabulo ieiunas: religionis sue vbertate satiauit: ꝛ eorum vincula peccatoꝝ īexuperabili virtute diripit. In tertia: patri gratias p̄cipit esse referēdas: q̄a domin⁹ christ⁹ adueniens: diaboli portas eneas vectesq₃ ferreos om̄ipotētie sue maiestate cōfregit. Quarta: domio christo sacrificiū laudis a sacerdotibus cōmonet offerēdū: q̄ inter secl'i hui⁹ immanissimos fluctus eccl'iaꝝ gubernatiōi q̄si quibusdā nauib⁹ p̄sidere noscūt̄: describēs queadmodū ꝛ ipsoꝝ temptationib⁹ ꝟtus diuina sb⁹uenire dignat̄. Quinta: iteꝝ dic̄ a sacerdotib⁹ ꝛ senioꝛib⁹ dn̄m esse laudādū: q̄ squalentē mundū ariditate pcti in amenissimā iocūditatē celesti mūere cōmutauit: q̄ḋ vidētes recti corde nimia exultatiōe gaudebūt. Illud aūt cōsiderandū est: q̄ḋ p̄dicte partes silib⁹ versib⁹ inchoare noscūt̄. Q̄ḋ gen⁹ carmis a mgr̄is secularibus intcalare vocitat̄: vbi adeo repetitio crebra gemiatur: vt necessaria cōmonitio frequēti repetitione dulcescat.

Expositio

Confitemini dn̄o qm̄ bon⁹: qm̄ i secl'm miscd'ia ei⁹. Preuidēs ꝓpha ppl'm xp̄ianū aduētu dn̄i gr̄a₃ pceptuꝝ: ne securitate tāti bn̄ficij aliq̄ negligētia lentaret̄: cōmonet eum ꝛ ꝓdere pctā

sua ⁊ laudes domini personare: q; hoc verbum cõfitere: ad vtrumq; diximꝰ pertinere. Ille eni p̄conia domini salutariter assumit: qui priꝰ eum delictoꝝ suorũ cõfessiõe placauerit. Subseq̄r etiã: Quoniã bonꝰ: vt peccatorib' sit cõfidẽtia post satisfactionem pio domino supplicare. In seculũ vero hic: significat in eternũ: quia nullũ tempꝰ est quod ab eiꝰ misericordia reperiatur exceptũ. Nam et hic consueuit parcere: ⁊ ibi fidelibus dignabit eterna p̄mia condonare. Ita fit vt semp bonꝰ supplicibꝰ suis: semper misericors approbetur. Nam ⁊ cum iudicat bonus est: q; iusticia bona est. Dicant †nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici. Dicant vtiq;: alleluia: quod titulus ait: ⁊ se iocũdis exultationibꝰ consolentur qui ad domini gratia; venire meruerunt. Significat autẽ specialiter populos gentium: qui domini sanguine redẽpti: ⁊ de potestate diaboli ipiꝰ miseratiõe sublati sũt. Tanta eni duricia: rigẽs atq; stupida manus illius fuit: vt nisi fuso sacro sanguie laxari nullo tempe potuisset. Nã ad eos ptinere quod dicit: sequẽtia declarãt. De regionibus cõgregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilõe ⁊ mari. Per figuram Periphrasin: que latine dicitur per circũitũ: exponit diabolice dextere que fuerit potestas i toto orbe diffusa: vt beneficium sancte incarnationis hominibꝰ innotescat: que ⁊ actorẽ pernitiosũ maiestatis sue potentia religauit: ⁊ vincto vasa mortis eripuit. Dixit priꝰ: De regiõibus. Et ne putares de paucis prouincijs cõgregatos: addidit: A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone ⁊ mari. Cũ tres cardines mũdi designauerit: p quarto: id est: p australi posuit mare: ab illa parte oceanum volens intelligi qui cunctã mundi margine; dicit circũire. Similis est ⁊ illa descriptio i genesi: vbi semini abrae vniuersum orbe; promittit dicens: Leua oculos tuos ⁊ vide a loco in q̄ nũc tu es: ad aq̄lonẽ ⁊ austꝝ ⁊ ad oriente; ⁊ ad mare quod est occasus. Occasus enim dicitur: quasi horarum casus. Ita mare quod hic posuit pro austro: ibi p occidente cõstat esse nominatũ. Uocabulum siquidem istud: pro q̄libet parte

Al. nõ bz

Sche

Gen. xj

ET

mũdi põt competenter aptari: quãdo vniuersam terram circulo fertur sue peruagatiõis includere. Unde euidenter aduertit hãc generalem adunationẽ non de iudeis dici: sed de eccl̃ia catholica que ex toto orbe noscitur cõgregata. Errauerũt in solitudine: in †siccitate viam ciuitatis †habitationis nõ inuenerunt. Esurientes ⁊ sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Quis diuerse gẽtes gauderent numerositate populoꝝ: tamen in solitudine versabant: cũ nullos verissimos doctores: nullam eccl̃iam habere probarentur: quia supstitiosa gẽtilitas viam ciuitatis domini: vbi habitare debuisset: necdum cum idolis sacrificaret inuenerat. Esurientes autẽ ⁊ sitiẽtes: curiosos huius seculi significat viros: q̄ veritatis semitas diuersis opinionibus exq̄rebãt. Sed q̄m nõ crediderant eius auctori: in vera sapiẽtia nõ poterant inueniri. Seq̄tur. Anima eoꝝ in ipis defecit. In ipis: vtiq; laboribus atq; studijs eoꝝ animositas lassata succubuit: q; sic deũ desiderabãt querere: quẽadmodum nõ poterãt inuenire. Et clamauerũt ad dñm cum tribularẽtur: ⁊ de necessitatibus eoꝝ †liberauit eos. Et eduxit eos in via; rectam: vt irent in ciuitatẽ habitationis. Quẽadmodũ duobꝰ v̄sibꝰ supiorib' descp̄sit errãtes: ita nũc duobꝰ alijs refert ad dñi dona redeũtes. Clamauert: significat magno desiderio q̄siuerũt. Que tamẽ cõpunctio a dño venit: vt illud desiderant petat q̄d cognoscit esse pficuũ. Et vt vim ipius nois indicaret: addidit: Cum tribularẽtur. Quo tempe clamor cordis totl viribus excitat: q̄n ⁊ iminens piculũ timet ⁊ p̄sumptio hũana sbducit. Sed vide quid clamor iste p̄stiterit: videlic; vt ⁊ de necessitatibꝰ liberarẽt ⁊ semitas veritatl agnoscerẽt: q̄tenus q̄ pridẽ in inuio errore vagabant: accepta via sctissime religiõis ad ecclesie beate felicit atria pueniret. Confiteantur dño miscdie eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ filijs hoim. Uenit ad scdam sectionem: in qua cõmonet iam fideles vt domino gratias referre non desinant: qui eius copiosa beneficia pceperunt. Ueracit aũt ⁊ salutarit dictũ est debere dño cõfiteri

Al. ac

Al. ab

Al. p

miscd'ias suas: q2 qcqd in nob videt lauda bile: ei9 9stat eē clemētie: q peccata relaxat: spem tribuit: z ad bonitatis sue dona perducit. Nā quod dicit pluraliter: misericordias: illud significat: quoniā mult' qdez s diuersa largitur: sicut dicit apostol9: Sed vnusquisq3 ppriū donū habet a deo: vn9 quidem sic: alius autē sic. Quapropt pio domino semp dignum est cōfiteri: qui nos et a periculis liberat: z splēdore sue pietat' illuminat. Miracula vero q fecit tempe incarnatiōis sue: per euāgelistas z apostolos posteris dicit esse predicanda: sicut cōstat effectum. Memento aūt: quod hic versus per quattuor diuisiones vsq3 ad finez sine aliqua pmutatione repetit: vt sicut de qttuor mūdi partib9 dicit ecclesiā 9gregatā: ita de totidem cardinib9 orbis laudes misericordie ipius deuotis mētib9 offerant.

Quia satiauit aīam inanē: z animā esurientē satiauit bonis. Inanis est anima: quando puersitatib9 occupata: ad creatorē suū reuerti: nulla deuotione festinat. Animā vero esurientē dicit: quādo iam diuia gratia visitata: ad dñi desiderat venire medicinā. Quod factū est in gētib9 que intentionē suā primū in idolo2 vanis desiderijs occupabāt. Tunc eni erant inanes z vacue: quādo bonis fructib9 pbabātur eluse. Scdo esuriētes satiate sunt: quādo dñi miseratōe commonite: vota sua ad penitētie studia trāstulerūt. Sedētes in tenebris z vmbra mort': vinculis ligati in mēdicitate z ferro. Gentiū q ante aduentū dñi fuerūt: in hoc v'su vita describit. Sedebāt eñ i tenebris: qm vacuate lumine fidei: pfidie cecitate reddebant obscure. Et cū dicit: Sedētes: ostendit eas lōgo situ ibidē fuisse v'satas. Umbra mortis fuit seculi isti9 vita vitiosa: que illi9 future mortis teterrimā portabat imaginē. Uinculis vtiq3 ligati erant: q dominatione diaboli: peccato2 tenebant nexibus obligati. Mendicitas: ad indigentiā boni ptinet: vbi multo grauior est oīno penuria: que nō corp9 sed quod ē graui9 animam probat affligere. Ferrū significat duriciā malo2: quoniā ferreū plerumq3 dicimus: qd durum esse mōstram9. Quia exacerbauerūt eloquia domini: et 9siliū altissimi irritauerūt. Et humiliatū est in laboribus cor eo2: infirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret. Intuendū est quod in his duobus versibus figura sit Parison: id est: equatio sentētie. Exponit eñ in primo versu: quēadmodū peccauerint: z in secundo que receperint. Quod schema in hoc psalmo frequenter diligens lector inuenies. De illis enim dicit qui sedebant in tenebris z vmbra mortis: quia cōtra domini eloquia faciētes in ei9 regulis viuere respuebant. Et necesse erat vt paterent iratum: quē iudicabant esse temnendū. Deniq3 vide quid sequit: Et cōsiliū altissimi irritauerūt. Irritauerunt plane: vt qui superbi in prospe ritatib9 extiterunt: in tribulationib9 z angustijs humiles redderent. Justum cōsilium: saluberrima medicina: vt morb9 seculi: cōtrario remedij munere curaret. Adiecit: Infirmati sunt: id est: a seculi presumptione deiecti sunt: vt facilius ad penitentie remedia peruenirēt si incitamenta contumacie perdidissent. Additū est: Nec fuit qui adiuuaret: subaudiendu3: alter. Nemo enim prestat periclitāti: nisi cui omnipotens deus preceperit subuenire. Et clamauerūt ad dominum cum tribularentur: z de necessitatib9 eoru3 liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris z vmbra mort': z vincula eorum dirupit. Ecce quare humiliati: quare infirmati sunt: scilicet vt ad dominum clamarent: delicta propria cōfitentes. Silebant enim in elatiōe positi: et velut insensata pecora nullum verbum salutare fundebant. Compunctio facta est: et tūc vocem proficuam reddiderunt. Et inspice: misericordie domini: quibus distinctionibus exponūtur. Primo de necessitate liberauit eos: qui premebant seruitute diaboli. Deinde a superstitionum suarum tenebris eduxit animas peccatorum sorde pollutas. Tertio non dixit vincula eorum soluit: s dirupit. Sic diaboli tyrānica potestas christo veniente dirupta est. vt nūq3 in illam qua fuit dominationē redire pualeat. Confiteātur dño misēdie ei9: z mirabilia ei9 filijs hominu3. Uenit ad tertiā sectōnē: vbi illū v'sū repetit

Cori 7 · Mrcus · Al. et · Al. et · Sche

ET

ingentiũ significet onera peccatoꝝ. Seq̄tur. Et sicut zona qua semp̱ p̱cingit̃. Zona h̄: nõ illa muliebr̃ accipiẽda est: ƀ istud baltheũ quo nr̃os lumbos accingim⁹: sic̃ ĩ euangelio de iohanne: de helia vero in regum volumine legit̃: Et zona pellicea circa lumbos ei⁹. Hoc eñ nomẽ vtraq̄ significatiõe dotatũ est: qua similitudine dicit sic pctis illigãtibus fuisse cõstrictũ: vt nũq̄ suis oneribus exueret̃ obstinatiõis p̄grauat⁹ p̱fidia. O infelix populus: q̄ male vestitus est. Iste vestes sunt: q̄ pctõres ardere faciũt nõ calere: q̄ in flammã mittunt nõ a frigoris necessitate defẽdũt. **Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dñm: ꝛ qui loquũt̃ mala aduersus animã meam.** Hunc versum ꝯ omẽs q̄dem perfidos debem⁹ accipere: sed tamẽ specialiter duas hereses videt̃ impetere. Apud deum patrẽ detrahũt arriani: quãdo ei filiũ minorẽ esse testant̃: ꝛ impudenter inferiorẽ dicunt quẽ creatorẽ omnium cõmuniter ꝯfitent̃. Apollinariste quoq̄ loquunt̃ mala aduersus animã domini: cũ dicunt deitatẽ ei⁹ solam carnẽ hominis sumpsisse nõ animã: nec tot exemplis perfidia ip̄oꝝ superata discedit. Quapropter nõ solũ cõtra istos: sed cõtra omẽs hereticos superius dicta bene itelligũtur: q̄ portionẽ in regno domini nõ habebũt. **Et tu dñe dñe fac mecũ† misericordiam p̄pter nomẽ tuum: quia suauis est misericordia tua. Libera me.** Venit ad tertiam narrationẽ: in qua precatur a parte qua passus ẽ: vt gloriã resurrectionis acceleret: ꝛ inimici eius cõfusionis eius dedecore vestiant̃. Dum dicit: Et tu domine: subiũgit̃ sup̱iorib⁹ dictis: hoc est si iuda tradidit: si iudeus crucifixit: ꝛ tu fac misericordiã: vt contra illa q̄ facta sunt resurrectio g̃liosa p̱ueniat. Siue fili⁹ ad patrẽ dicit: Et tu fac: vt virtutẽ sue cooperationis ostẽdat. Omnia eñ que fecit pater operatur ꝛ filius: sicut ipse dicit: Omnia q̄ pater facit: hec ꝛ fili⁹ similiter facit: ꝛ sicut habet pater vitam in semetip̄o: sic dedit ꝛ filio habere vitam in semetipso: vt omnes honorificent filiũ sicut honorificant patrẽ. Domine dñe: dum repetit: affectũ suauissime precatõis ostendit. Que figura dicitur Epizeuxis: quoniã in vno versu sermonẽ sine aliqua interpositiõe geminauit. Propter nomen tuũ: vt eius cultura toto orbe dilatetur. Ubi magna clementia diuinitatis asserit̃: quia nullis hũanis merit̃ potuit cõtingere: vt natura mortalis tam ingentib⁹ eleuata p̱bet̃ esse miraculis. Misericordiã vero dicit: quia carnẽ est dignatus assumere: p̱ quã hũano generi auctor pĳssim⁹ subueniret. Seq̄tur. Libera me: a passiõe seuissima vtiq̄ iudeorum. †**Quonia egen⁹ ꝛ paup̱ ego sũ: ꝛ cor meum conturbatũ est ⁱin me.** Egenũ se dicit ꝛ pauperẽ hũilitate carnis: sicut superius cõstat expositũ. Audiant pauperes: audiãt egentes: ꝛ g̃liosum sibi cognoscant esse quod dicitur christ⁹. Cor deniq̄ ei⁹ potuit cõturbari: cuius caro p̱ nobis cognoscebat̃ extingui: sicut ip̄e vicina passiõe p̱fessus ẽ. Trist̃ est anima mea vsq̄ ad mortem. Que omnia salutari dispositiõe narrant̃: vt p̄pter hereticos ꝛ perfecta natura hominis in christo domino valeat ostendi: ꝛ nos queadmodũ supplicemus possimus edoceri. **Sicut vmbra cũ declinat ablat⁹ sum: excussus sũ sic̃ locusta.** Hic facilitatẽ p̱secutiõis oñdit: q̄ tãta celeritate de medio discipuloꝝ rapt⁹ est a turba iudeorum: q̄nta solet velocitate vmbra noct̃ solis lumie veniẽte discedere. Excussus est aũt sicut locusta: dum p̱secutionib⁹ crebris loca videbat̃ mutare diuersa: scilicet quãdo de nazareth venit ad capharnaum: de capharnaũ ĩ bethsaida: de bethsaida in hier̃lm: q̄ loca p̱spiciẽdo magis peccatorib⁹ circũibat: ne scelus suũ p̱l's p̱secutor ipleret. Locusta eñ man⁹ app̄rehẽdent̃ euitãs: q̄busdã saltib⁹ euolat: Cui se ꝛ p̄pt̃ puitatẽ ꝯparat: ꝛ p̄pt̃ celeritatẽ discessiõis associat: q̄d hũilitati eẽ nõ p̃ot indecoꝝ: q̄ se etiã v̄mib⁹ ꝯparauit dicẽdo: Ego aũt sũ v̄mis ꝛ nõ hõ. **Genua mea infirmata sũt †p̄ ieiunio: ꝛ caro mea imutata est p̄pter oleũ.** Dũ euãgelio teste doceat̃. xl. diebus: ꝛ. xl. noctibus christũ dominũ ieiunasse: genua tamẽ ei⁹ infirmata esse nõ legim⁹: ƀ tantũ esurisse declaratur. Uñ si hanc esuriẽ ad genua referas: id est: corpor̃ stabilitatẽ: q̄b⁹ semp insistim⁹: p̃ot cõgruẽter aptari min⁹ve. Si hoc scrupulũ

Sche
Al. Quia
Al. intra
℞
Matth. 26
Ps. 21
Al. a
Matth. 4

mouet: melius genua ad ipsius mēbra referant: que reuera infirmata sūt: quādo apostoli eius passione dispersi sunt. Quid enī plus esse potuit infirmi⁹: q̄ȝ vt petr⁹ negaret ꝛ reliqua fideliū turba latuisset? Sequitur. Et caro mea immutata est ꝓpter oleum. Oleum hic: significat gratiā diuinā: sicut in q̄dragesimoq̄rto psalmo de ipso iam dictū est: Propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie p̄ cōsortibus tuis. Ipa est enī grā: q̄ carnis infirmitatem in imortalitatis gloriā cōmutauit. Quod etiā mēbris christi haud improbe videt̄ aptari. **Et ego fact⁹ sum opprobriū illis: viderūt me ꝛ mouerunt capita sua.** Illa tangit q̄ plebs erat iudeoꝝ sub detractiōe dictura: sicut ait in euāgelio: In beelzebub p̄ncipe demonioꝝ eijcit demonia. Et alio loco: Nōne hic est fili⁹ ioseph fabri? Et iterū dicūt: Uah q̄ destruit templū dei: ꝛ i triduū reedificat illud: ꝛ cetā q̄ insanis quidē mentib⁹ videbātur opprobria: ħ ipa fuerūt q̄ nobis ꝓbata sūt cōferre medicinā. Mouerūt aūt capita: ad cōsuetudinem ptinet nimis irascētiū. Nā quotiēs furore succendimur: turbulēta cōmotōe capitis cōminamur. **Adiuua me domie de⁹ me⁹: saluum me fac ꝓpter misericordiā tuam.** Adiuuari se suscepta depcatur infirmitas. Ipse enī miscdiam petit: q̄ ꝛ auxiliū tribuit. Rogat vt hō: p̄stat vt deus: qđ nullū pōt ꝯfundere q̄ duas naturas in dn̄o christo salutariter cōfitet̄. Innumerabilia enī talia repiunt̄: q̄ nequnt alia rōne cōstare. **Ut sciant quia man⁹ tua hec: ꝛ tu domine fecisti eā.** Ne sibi iudaic⁹ pplś arrogaret ptāte ꝓpria persecutū dn̄m saluatorē: p id qđ passus est dicit ad pr̄em: sciant homies hanc dispensationē a te dn̄e fuisse p̄paratam: ne applicēt stultis viribus suis: qđ tu ad salutē mundi fieri magna pietate decreuisti. Ut sciāt: dic̄ psecutores: q̄ vtiq̄ nesciebāt. Ipo enī resurgente euidētissime cognouerūt: qꝛ nisi dn̄s pmisisset fieri: nequaq̄ȝ potuisset ipleri. Sequit̄. Quia man⁹ tua hec: id est: potestas: ꝛ ſbaudiēdū: opata ē. **Maledicēt illi ꝛ tu bn̄dices: q̄ insurgūt in me cōfūdent̄: seruus aūt tuus letabit̄.** Per figurā Syncrisin q̄ i h⁹ psalmi p̄ncipio posita est: Maledicēt illi: significat eos đ qb⁹ matthe⁹ euāgelista dicit: Trāseuntes aūt blasphemabāt eum: mouētes capita sua. Pr̄ filiū bn̄dicit: cū dic̄: Et clarificaui ꝛ iterū clarificabo. Sed vide q̄ maledicēt: q̄ pleni sunt falsitate: q̄ crudelit̄ seuiebāt: q̄ malū ꝓ bono reddē festinabāt. Bn̄dic̄ aūt pr̄ fons ꝛ origo ꝟitatis: toti⁹ auctor bonitatis ꝛ ꝟtutū oīm plenitudo. Admirādū i vtraq̄ȝ pte p̄coniū: vt ꝛ pfid⁹ pplś malediceret: ꝛ xp̄m dn̄m glīa patna laudaret. Addidit: Qui insurgūt in me ꝯfundent̄. Judei sūt: q̄ insurrexerunt adūsus dn̄m saluatorē: vt neci eū traderēt: q̄ ad eos venerat pro sua pietate saluādos. Isti cōfusi sunt: qn̄ resurrectiōis ei⁹ miracula cog̃uerūt. Seq̄t̄. Seruus aūt tu⁹ letabit̄. Ag̃scam⁹ q̄ natura loquit̄: q̄ se dicit ꝛ seruū. Nunqđ de⁹ pōt esse cuiq̄ȝ seruus? Sed in ħ seru⁹ ē: sic̄ dic̄ aplś: qꝛ semetipm̄ exinaniuit: formā serui accipiens. Sic ꝛ esaias ꝓpħa de xp̄o dicit: Ecce seru⁹ me⁹ suscipiā eum: electus meus complacuit sibi in illo aīa mea ꝛc̄. Desinant ergo heretici minorē filiuȝ in deitate sentire: quādo sic expꝛ̄ssā audiūt hūilitatē carnis: vt ꝛ nomē ei sit positū ſuitutis. **Induātur qui detrahūt mihi reuerētia: ꝛ opiant̄ sic̄ diploide ꝯfusione sua.** Hic qm̄ ppl̄i inest credituri: orō poti⁹ q̄ȝ maledictio dat̄. Nā q̄ reuerētia iduit̄: iā pene ꝯuersiōis mūere g̃tulat̄: vt illū timeat deū quē p̄us hoīem credebat eē tēnendū. Diplois: duplex gen⁹ ē pallij. Petit g̃ vt vtriusq̄ȝ legis intelligētia vestiant̄: q̄ nunc vtraq̄ȝ pfidia faciēte nudati sunt. Confusio enī iudeoꝝ: est legem nō intelligere: q̄ totiens saluatorem dn̄m p̄cinuit aduenire. Siue illud genus vult exp̄mere: qđ solet in ꝓuerbijs dici: id est: confusionis duplici pallio vestiant̄: dū ante deū et hoīes erubescant. **Cōfitebor dn̄o nimis i ore meo: ꝛ in medio multoꝝ laudabo eum.** Hoc dicit̄ a parte membrorū: quoniā post resurrectiōis manifestationē toto orbe diffusam ipe deprecat̄: ꝛ ore ecclesie catholice cōfessio patri competēs exhibetur. In medio multoꝝ: vniuersalē designat ecclīam: q̄ laudes dn̄i circūiectis adhuc pfidis nō desinit cōfiteri. Q̄diu enim mundus agitur: ecclīa christi maledicoruȝ turba precingit̄.

Ps. 44
Matth. 12
Luc. 4
Matth. 27

Sche

†Qui astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequentib⁹ animā meam. Causam dicit quare patri i mēbris suis debeat ꝯfiteri: scilicet quoniam ꝯfusis persecutoribus ipse saluatus est. Superi⁹ dixit: a dextris iudę astare diabolū: quoniā erat delictoꝝ fece pollut⁹: sibi autem dicit astitisse a dextris patrē: qꝛ peccata nō habuit. Sic ꝛ fidelibus assistit: cum delicta remiserit. Seqtur. Ut saluam faceret a persequentibus animam meam. Utiqꝫ salua facta ē a ꝑseq̄ntib⁹ aīa ei⁹: quādo ꝑsecutoꝝ neqcię nulla prauitate cōsensit. Hoc ꝛ ad mēbra eius cōpetenter aptatur: qui nesciūt ꝑsecutoribus cedere: ꝗuis diuersis cruciatib⁹ affligant̄. Nō em̄ salua fit anima qn̄ a tēporali morte subducitur: sed quādo ab huius sęculi carcere ꝓsperrima dissolutiōe liberatur: sicut dicit apl̄us: Cōpellor aūt ex duobus desideriū habens dissolui ꝛ esse cum christo: multomagꝭ meli⁹: ꝑmanere autē in carne: necessariū ꝓpt̄ vos. Et alibi. Quis me liberabit de corpe mortꝭ h⁹? Grā dei ꝑ iesū xp̄m. Cōclusio.

Quintus iste psalmus est eorum q̄ ꝑdictis regulis lati⁹ de dn̄i passiōne locuti sunt: id est: vicesimusprimus: tricesimusquart⁹: q̄nquagesimusq̄rt⁹ sexagesimusoctau⁹: ꝛ ꝑsens cētesim⁹ octauus. Primo inchoauerūt omnes ex ꝑsona domini christi: Secūdo ab oratione ꝓbantur fecisse sermonē: Tertio passiōis dominicę gesta dixerūt: Quarto verbis euāgelij assona veritate consentiunt: Quinto in spe fidelium magna exultatiōe finiti sunt: vt mystico huic numero q̄ quinqꝫ virginibus datus est: quinqꝫ libris ascript⁹ est: dignitas se ꝑsentis psalmi sociata coniūgeret. Sed ꝗuis ꝛ illa sint salutis nostrę magna miracula: nihil tamē euidentius: nihil acceptius est: ꝗ incarnati domini adorandam suscipere passionē. Omia cōgruunt: omia sibi lucida parilitate respōdēt. Uirgo peperit: messias venit: agnus immaculatus occisus est: redemptor surrexit a mortuis: orbis audita credidit: ꝛ adhuc iudeus simulat se nescisse: quod totus mūdus agnouit. Presta dn̄e obstinatis ꝯuersionem: lumē obscuris: incredulis fidē: vt ꝓ quib⁹ in cruce posit⁹ orasti periclitātib⁹ subuenire digneris. Nam q̄bus iusta suadere non possum⁹: recte pro illis tibi dn̄e supplicam⁹.

Explicit expositio in psalmum CVIII

Incipit expositio in psalmum CIX

Psalmus dauid.

Uerba quidem ista notissima sunt: q̄ velut ꝓ scripto regali ꝑnotata forib⁹ affigūt̄. Sꝫ iste titul⁹ nō dic: lege ꝛ recede: s̄ lege ꝛ accede. Quapropt̄ magnalia dn̄i venerāter intrem⁹: qꝛ oīno psalm⁹ hic ꝛ de sacra incarnatiōe dn̄i: ꝛ de om̄ipotēti ei⁹ deitate plenissime breuiterqꝫ dictur⁹ est: vt in quibusdā locis filii altitudie vel decore initio illi⁹ euāgelij eructuāt⁹ esse videat̄: vbi ait: In ꝑncipio erat v̄bū: ꝛ verbū erat apō deū: ꝛ de⁹ erat verbū. Quapropt̄: vt ita dixerim: est q̄dā sol fidei nr̄e: speculū celestis arcani: armariū sanctaꝝ sc̄pturaꝝ: vbi totū sūmatim dicit̄: qō vtriusqꝫ testamēti ꝑdicatiōe narrat̄. Quapropt̄ amādo tenendus est cuius dulcedo crescit ad meritū: qō ꝛ cōpendiosa breuitate colligit̄. Nūc diuisionē ipius: qm̄ est ꝑsonaꝝ varietate distinctus audiam⁹ intrepidi. Diuisio.

Sanctissim⁹ ꝓpħa in secretū altissime ꝯtēplationis euectus: In ꝑmo v̄su inestimabilia v̄ba refert: q̄ oīpotēs pr̄ oīpotenti ꝛ coeterno sibi filio dixerit: naturā filꝭ deitatis ꝛ hūanitis ostendens. Nā cū ꝓnūciat: Dixit dn̄s dn̄o meo: naturā ei⁹ deitatꝭ oñdit. Cū subiūgit: Sede a dextrꝭ meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ: ꝛ virgā v̄tutis tuę emittet dn̄s ex syon: ꝛ dn̄aberis in medio inimicoꝝ tuoꝝ: hūanitatꝭ ei⁹ suba declaratur: q̄ potuit qō nō hēbat accipe. In scd̄a v̄o diuisiōe inchoat pr̄ naturā ei⁹ diuitatꝭ ꝓ modulo nr̄e capacitatꝭ aliq̄ten⁹ indicare. Dicit em̄: Tecū ꝑncipiū i die v̄tutꝭ tuę: i splēdorib⁹ scōꝝ ex vtero añ luciferꝝ genui te. Tertio loco: ꝓpħa reloq̄t̄ vsqꝫ ad finē: formā iteꝝ ei⁹ hūanitatꝭ oñdēs: cū dic: Jurauit dn̄s ꝛ ñ ꝑnitebit eū ꝛc. vt i his capitib⁹: verbū caro factū: qō ē dn̄s xp̄s: triplici illūiatiōe potuisset aḡsci. Expositio.

Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextrꝭ meis. Donec ponā inimicos tuos: scabellū pedum tuoꝝ. Cōgruū videt̄ ꝑmū figurā ponē: ꝑ quā ūtia h⁹ psalmi itrisec⁹ possim⁹ intēdē.

Job. j

Sche Idea figura est: que latine dicit species: p quam res inuisibiles cernende sensib⁹ offeruntur. Ait enim: Dixit domin⁹ domino meo: sede a dextris meis. Una deitas: vna potestas: vna eternitas: Pater dicit ad filium: quod nec ille ore protulit: nec ille auribus intentus audiuit. Uult enim pater: et nouit filius: vult filius: et nouit pater. Sed nec ipsa voluntas nobis comprehensibilis est: nec ipsa notio humanis sensib⁹ potest apparere. Merito ergo ad nostram cosuetudinem descensum est: quatenus imbecilla instrueretur humanitas: quando vsq ad illam secretam integritatem hominum no poterat cogitatio peruenire. Domin⁹ domino: his nominib⁹: equalitas substantie: et virtutis potentia declarat. Geminatio siquidem ista vni⁹ nominis: et personas competenter expressit: et vnam naturam deitatis euidenter ondit. Nec moueat qd nonnunq iesus xps ipse dr et fili⁹: ipse et dns dauid. Nam si causas discutias: vtraq verissima sunt. Filius scdm carnis originem: sicut in initio matthei scriptum est. Liber generationis iesu christi filij dauid. Et alibi clamatur a cecis: Fili dauid miserere nobis. Hic autem domin⁹ dicit dauid scdm deitatem qua creator e ipsius. Quod etiam in hac nostra couersatione hodieq cotingit: vt filius episcopus factus: patris sui pater vocetur: no nascendi ordine: sed honore. Illud enim quod natum est ex semine dauid sic honoratum: sic magnificatum est: vt esset idem et domin⁹ dauid et filius. Seqtur. Sede a dextris meis. Uictori filio: et per sanctam incarnationem totius mundi triumphatori: post resurrectionis gloriam honorabilis cosessus offertur: vt per hunc situm suscepte humanitatis gloria declaret. Nam verbum hoc illud designat vt caput nostrum ad patris cognosceret dexteram collocatum: in qua parte ponendi sunt qui a perfidis diuinitatis munere segregantur. Propter illud: Pater volo: vt vbi sum ego: ibi sint et hi mecum. Nam si naturam deitatis excogites: quem locum potest habere partis sinistre vel dextre qui omnia vbiq plenissima maiestate complectitur? Nam quod dicit filio dexteram datam: no vt maiorem quisq credere debuisset: sed ne arriani minorem: sicut pdicant: pcepto scelere

Matth. j
Ibidem. 20
Ioh. 17

mentirent. Adiecit: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Scabellum dictum est ab eo quod scandat: id est: ascendatur. Et cosidera quod hic: donec: finitum pro infinito sit positum: quasi vero ad dexteram patris non est ille sessurus: postq inimici ipsius vt scabellum pedibus ei⁹ fuerint inclinati. Usus enim scripture diuine est: verbum istud et pro breui tempore dicere: et p eternitate depromere. Temporaliter: vt est illud esaie: Claude ostium tuum pusillum: donec transeat ira domini. Donec aut: et alibi sicut hic: significat tempus eternum. Nam sic in centesimo vicesimosecundo psalmo dictur⁹ est. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereat nobis. Et in euangelio similiter dictum est de ioseph. Non cognouit eam donec peperit filium suum pmogenitum: quasi vero post partum eam cognouerit: que virgo permansit. Hoc etiam suo loco repetita cura tractauim⁹: quod idioma: id est: pprium scripture diuine possum⁹ nuncupare. Pedes aut domini: stabilitas eterna significat: vbi ille tanq vestigijs posite oipotentie sue vtute psistit. His pedib⁹ costat esse subdendos: q quotidie vitiorum cotrarietate derelicta reuertutur ad dominum: et tanq scabellum pedib⁹: ita eius predicationibus inclinant. O beatum scamnum quod pedibus sanctis apponit: supra omnia regna euehitur: cui subiectio tanta pstatur. Nam cum sedenti ad dexteram scabellum subdit: sine dubio de illis inimicis dicitur: qui conuersi ad dexteram collocantur.

Uirgam virtutis tue emittet dominus ex syon: † et dominaberis in medio inimicorum tuorum. Et hunc versum propheta loqtur ex psona sua: laudem in eo offerens domino christo. Uirga virtutis: est sceptrum regie potestatis: qua sustentantur fideles: affliguntur increduli: terrentur ingrati. Et vt ostenderet filium cuiuslibet rei indigentiam non habere: Tue dixit: quia potestas illa deitatis sue: ppria atq eterna est. Sed vt hoc manifesti⁹ possis aduertere: addidit: hanc virgam emittit dns ex syon: qui est vtiq omnipotens pater. Dns aut ex syon dicit et fili⁹: sic esaias dicit: Quia de syon exibit lex: et verbum dni de hierusalem. Audiat hereticus psem

loqui de potestate et maiestate filij: quo iã dicẽte possit imbui si nec ipsi credat auctori. Addidit: Et dñaberis in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Exposuit: emissa virtutis virga quid faciet: scilicet vt domineris in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Cõsidera clementissimum verbũ: vt hic christum sup̃ inimicos dñari dixerit: nõ vindicare: quia tunc illis dominatᷓ quãdo ad ipm̃ delinquentiũ turba cõuertitur. Aliter em̃ dominatᷓ fidelib⁹: aliter regnat ingratis. Istos beneficijs ꝛ correctione educat: illos vindictę districtõe percellit. In medio autẽ dixit: in anima: in p̃cordijs vbi dñs requiescit emũdatis sordibus vtiqꜫ peccatoꝝ. Siue christũ dñari dicit in ecclesia: quę ẽ inter hereticoꝝ ac supstitionum rabiem in isto sęculo cõstituta. Hactenus de natura deitatis ꝛ humanitatis ei⁹ ꝓpheta locut⁹ est: nũc secũdę parti discutiam⁹ initiũ. **Tecum principium in die virtutis tuę: in splendoribus sanctoꝝ.** Uenit ad scõm caput: vbi p hos duos v̾sus v̾ba p̃ris accipienda sunt: vt fas fuit de generatiõe filij sctã locuturus. Nam vt coeternitatẽ ei⁹ euidentᷓ ostẽderet: dicit omipotẽs pater: de oipotente filio suo: Tecum p̃ncipium in die v̾tutis tuę. Nam ꝛ ipe pater p̃ncipiũ est: vt est illud: In p̃ncipio erat verbũ. Ibi enim patrem designat esse principium: vbi erat verbum. Filius quoqꜫ in euangelio principiũ declaratᷓ: dum ait: Ego sum p̃ncipiũ ꝓpter quod ꝛ loquor vobis. Uerꝰ nõ duo p̃ncipia: sed sicut vnus de⁹: ita ꝛ vnum constat esse principiũ. Hoc etiam ꝛ de spiritusancto cõstat sine dubio sentiendũ. Nã cũ de principio loqueretᷓ: subiũxit. Et spirit⁹ dei supferebatᷓ sup aquas. Sed hic sancti: quẽadmodũ sit principiũ: in p̃ncipio nequnt intueri. Nam cũ filiũ viderit philippus dixit: Ostẽde nobis p̃rem. Quibus ait integritas: Qui me videt: videt ꝛ patrem. Tunc em̃ quando p grãm dñi plenissimo ceperint splẽdore radiari: vidẽt p̃ncipium christũ: in principio esse patre cum sancto spiritu. Quapropter pfidia desinat arriana ꝯsurgere. Ideo em̃ principiũ pater ꝛ filius dicitᷓ: vt eoꝝ coeternitas declaretᷓ. Nã si esset tps qñ nõ erat fili⁹: sol⁹ p̃r dici potuit eẽ p̃ncipiuꝫ. Seq̃tur. In die v̾tutis tuę in splẽdorib⁹ sanctoꝝ. Respice singula v̾ba quã vim habeant: quẽ honorẽ. In die: significat ęt̃nitatẽ: vbi vn⁹ ẽ dies: vbi iã a beatis claritas ꝛ v̾tus diuia cõspicitᷓ: de quo scriptũ est: Beati mũdo corde: quoniã ipi deum videbũt. Et de impijs legitᷓ: Tollatur impi⁹ ne videat gloriã dei. Omẽs em̃ videbũt filiũ homis iudicare viuos ꝛ mortuos: sed deitatẽ ipius soli beatissimi contuentᷓ. Ubi sunt illi q̃ etiã nunc duas naturas in christo dño mime cõfitentᷓ? Peccator videt humanitatẽ: beat⁹ ꝯspicit simul ꝛ deitatẽ. Qđ si vna esset: vt cõfingũt natura: nõ poterãt pctõres carnẽ quã compũxerũt in resurrectione solã respicere: ꝛ deitatẽ ipsius pariter nõ videre. Splendores aũt sanctorũ sunt: quãdo in resurrectõe lucebũt sicut angeli dei: ꝛ ita purificati atqꜫ ꝑspicui erũt vt illã maiestatẽ q̃ant cordis oculis intueri. Illud em̃ lumen nisi in melius immutati videre nõ possunt: sicut dicit apostolus: Omẽs resurgem⁹: sed nõ omnes immutabimur. **Ex vtero ante luciferũ genui te.** Postqꜫ dixit: in splendoribus sctõꝝ filium esse genitũ: nũc de eius sancta generatione dicturus est: quę licet sit inenarrabilis: aliqua tamen cõmemoratõne ꝑstringitur. Narratio ineffabilis: intellectus incõprehẽsibilis: cogitatio sup̃ creaturaꝝ omniũ vires: quę angeloꝝ quoqꜫ supat sensũ: ꝛ tamẽ nobis se ꝓut cape potuissem⁹ idulgẽs. Deus em̃ ęternus atqꜫ incõmutabilis: in sua natura ꝑmanens: dignatus ẽ assumere humanitatẽ nostrã: vt veterẽ hominem innouaret: vt de mortali faceret imortalẽ: de peccatore iustũ: de alienato sui regni iuberet esse participẽ: nc imaginẽ suaꝫ in cõfitentibus pateretur perire pius: quã annihilare voluit crudelis inimic⁹. Nunc ad versus istius exponenda v̾ba veniam⁹. Dicit em̃ pater ad filiũ: Ex vtero genui te: id est: ex arcano substãtię meę: ex ipsa scilicet deitate: totum ex toto: omnipotentem de omipotẽte: lumẽ ex lumine: summũ ex summo: qđ nulla inuestigatio: nullus sensus possit attingere. Nam quẽadmodum valeat cõprehendi: de qua scriptum ẽ: Generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Mira breuitas ꝛ sufficiẽs ꝓ nr̃a infirmitate mẽsura: q̃ nec pl⁹ possum⁹ capere: ꝛ h̾ abunde sufficit

Matth. 5

j. Cor. 15

Esa. 53

vtiq; credidisse. Ante luciferū cū dicit: immēsitatē eternitatis ostēdit. Lucifer em̄ pro oībus stellis ponit: q̄si a pte totū: q̄ dicē significat esse venturū. Et vt ostēderet incōphensibile: nescio q̄d dicē pri⁹ eē genitū anteq̄ illud existeret: qđ solet vētuɀ dicē seculo nūciare. Nō em̄ pōt pncipiū ei⁹ cōprehēdi: a quo cūcta creata sunt. Nunc ad tertie partis veniam⁹ initiū: in q̄ iteɀ pphēta reloqtur. **Jurauit dn̄s et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum scd̄m ordinē melchisedech.** Hic iteɀ pphēta: sicut dictū ē: pmissionē memorat pr̄is. Jurauit em̄ filio: h̄ iā xp̄o q̄ ex maria v̄gine nat⁹. Nā soli verbo q̄d potuit pmittere: q̄ oīa cū ipo semp noscit possidere? Jurare est em̄: aliqđ firmū sub attestatiōe pmittere. Et cui meli⁹ cōuenire potest: nisi illi q̄ sermonis sui effectū diuia ptāte ɔpleuit? Sicut apl's dic̄ in ep̄la q̄ scribit ad hebreos: Ut onderet de⁹ pollicitationē heredib⁹ imobilitatē ɔsilij sui: interposuit iusiurādū: vt p duas res imobiles qb⁹ impossibile est mētiri: deū fortissimū solaciū habeam⁹: q̄ cōfugim⁹ ad tenēdā ppositā spem: quā sic anchorā habem⁹ aīe tutā ac firmā. Hinc est: sicut iam dictū est: qđ hoīes iurare merito phibent: dū qđ efficere nequnt temerarie sub dei attestatione pmittunt. Jurat autē p se deus: sicut abrae pmisit: Uiuo ego dicit dn̄s: qm̄ audisti vocē meā et nō pepcisti filio tuo vnico ppter me: nisi benedicēs benedicā te ꝛc. Nec penitebit eum: vtiq;: quoniā de tāta ac tali dispēsatione cūcta gauisa sunt. Legis etiā: Penitet me fecisse hominē: qñ añ diluuij aduentū corda mortaliū demerserāt in gurgitem peccatoɀ. Hoc aūt dicit p humanitatis cōsuetudine: cui aliter res q̄ videbat sperare succedit. Seqtur. **Tu es sacerdos in eternū scd̄m ordinē melchisedech.** Hoc etiā pphēta pmisisse filio ɔmemorat patrē. Cui em̄ potest v̄aciter et euidēter aptari: nisi domino saluatori q̄ corpus et sanguinē suū in panis ac vini erogatiōe salutariter consecrauit? Sicut ipe in euāgelio dic̄: Nisi mādūcaueritis carnē filij homis et biberitis ei⁹ sanguinē: nō habebitis vitā eternā. Sed i ista carne ac sanguine nil cruētū: nil corruptibile mens humana ɔcipiat: ne sicut dic̄ apostolus: Qui em̄ corp⁹ dn̄i indigne mādūcat: iudiciū sibi manducat: sed viuificatricē substantiā atq; salutarē et ipius verbi ppriam factā: p quaɀ peccatoɀ remissio et eterne vite dona p̄stant. Quē ordineɀ per mysticā similitudinē melchisedech iustissimus rex instituit: quādo dn̄o panis et vini fruct⁹ obtulit. Cōstat em̄ pecudū victimas perisse: q̄ fuerūt ordinis aaron: et melchisedech manere poti⁹ institutū: q̄ toto orbe in sacramentoɀ erogatōe celebrat: quod adhuc iudei nō intelligūt obstinati: cū eoɀ et sacerdos et sacrificia de medio phent ablata. Sacerdos aūt p̄cipue dicit christus: q̄ semel se p nobis obtulit immolandū: de q̄ dicit apl's: Talis em̄ decebat vt nob eēt pōtifex: scūs: inocēs: impollut⁹: segregat⁹ a peccatorib⁹ et excelsior celis fact⁹. Quē sensum mirabilit et euidēter exeqtur. In eternū v̄o cum dicit: ipe significat dn̄s christ⁹: q̄ pmanet in gloria sempiterna. **Dominus a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges.** Qđ pater dicit fecisse: h̄ et filiū: h̄ et spiritūsctm̄ sine dubio cōstat operatū. Illud aūt mouere pōt: cuɀ in psalmi huius initio: pater dixerit filio: Sede a dextris meis: nūc iteɀ pphēta dicit: A dextris filij: pr̄is operatā fuisse v̄tutē. Qđ ideo dictū est: vt cum hec vicissitudo eq̄lis ponit: maius h̄ aut min⁹ aliq̄d nullo modo sentiatur. Reges cōfregit: illos significat: de q̄bus scđs psalm⁹ ait: Astiterūt reges terre et pncipes ɔuenerūt in vnū: aduersus dn̄m et aduersus christū ei⁹. Hos ɔfregit: quādo superbiā eoɀ: omipotētie sue virtute prostrauit: q2 nisi fuissent ɔfracti: i malicie sue vtiq; noxio rigore cōstiterāt. **Judicauit in nationib⁹ impleuit ruinas: cōquassauit capita† multa in terra copiosa.** Propetates ituere v̄boɀ. Reges ɔfringēdos in supiore versu dixit: propter supbiā tyrannicā: nūc populos iudicari perhibet: propter pctā cōia: vtriq; tamen a suis intētionib⁹ feliciter cadūt: duɀ a p̄ore malignitate bono pposito ɔuersionis abscedūt. Et cōsidera quomō hic dicit iudicare: vt impleat ruinas. Implet enim ruinas: quādo de cordibus humanis facit peccata corruere: delictaq; noxia emēdatione saluberrima disperire. Quod per illud

Heb. 6

Gen. 22

Gen. 6

Joh. 6

j. Cor

Heb.

Ps

Al. i. multa

exemplũ potest intelligi: vbi ait: Destrues eos: ꝛ nõ edificabis eos. Quod vtiq; non diceret: nisi destruerent aliq ꝓsperius innouãdi. Seqtur. Cõquassauit capita multa in terra copiosa. Capita illoꝝ vtiq; qui caput nõ habẽt christũ. Nam q diabolum diuersis sequunt erroribꝰ: cum fuerint correcti: capite suo sine dubitatiõe quassant. Caput ꝟo dicit sublime atq; honorabile culmẽ corporis nostri: appellatũ a capiẽdo: quod sensus nr̃os capiat vniuersos: id est: visũ: auditũ: gustũ: olfactũ: tactũ: qd vtiq; alia mẽbra nostra excepto tactu nõ capiunt. Et ideo caput nostꝝ recte possumꝰ dicere: quẽ decernimꝰ sequi. Terram ꝟo copiosã dicit: q̃ pctõres abundãter enutrit: quasi messem germẽq; vitioꝝ. **De torrente in via bibit: ꝓpterea exaltauit caput.** Torrẽs: fuit turbulẽta ꝑsecutio iudeoꝝ: d qua dñs christꝰ bibit in via: id est: in vita: dũ corꝑe pertulit. Sed dũ in via dicit: illata vis ostẽdit: ꝛ velocissimus trãsitus indicat: ꝑ quã itinerãtes vehi solẽt ad aliã mansionẽ. Ipe ẽ aũt q audiuit: Sede a dextris meis. Ipe cui dicit: Tu es sacerdos in eternum scd̃m ordinẽ melchisedech. Ipse qui cõquassat capita peccatorum: cui ꝓpter gloriose meritũ passionis datũ est nomẽ quod est sup̃ omne nomẽ: vt in nomie eiꝰ omne genu flectatur: celestiũ ꝛ infernoꝝ. Audis passum pagane vel iudee: lege ꝛ ipsum esse futurum iudicem: vt contremiscas omnipotentẽ deum: qui hominem iudicas negligendum.

Conclusio. Septimus quidem psalmꝰ est: quem de duabus naturis dñi christi ꝑdicatum eẽ memorauimꝰ. Sꝫ quoniã dicit apostolꝰ ad timotheũ scribens: Predica verbũ: insta opportune importune: argue: exhortare: increpa cũ oĩ patiẽtia ꝛ doctrina: velim vobiscũ qui vnam naturam in christo domio factã putatis adhuc miscere colloqa. Nobiscũ certe creditis: quod in vtero marie semper virginis: verbũ caro factũ est ꝛ habitauit in nobis: eumq; in assumpta humanitate passum ꝛ sepultũ: qui tertia die resurrexit a mortuis. visũ deinde corporaliter apostolis ac credẽtibus sibi: ascendisse quoq; in celos cum carne qua resurrexit a mortuis hactenꝰ omnino ꝑdicandi. Sed quid in posterũ terrena sapitis: qui vsq; ad celestia peruenistis? Ubi est ergo illa natura cum qua dominꝰ ascẽdit in celos? Morte iam perire nõ potuit: testãte apostolo: Hoc scientes q christus surgẽs a mortuis iam nõ morit: mors ei vltra nõ dominabit. Quod enim mortuꝰ est: peccato mortuꝰ est semel: quod autẽ viuit: viuit deo. Quare diceret viuit deo ꝛ nõ viuit deus: si vna facta est natura que viuit? Sed est aliud videlicet quod viuit deo: vtiq; quod mortuũ est semel peccato. Audis deinde: Sedet ad dexteram patris: ꝛ dubitas eum retinere: qd humanitati eius potest solũmodo cõuenire. Permittite quesumꝰ: spem salutis nostre christũ dominũ semꝑ dici: qui recte potest tali nomie nũcupari: cum in duabꝰ naturis adunatis atq; perfectis in gloria patris permanet in secula seculoꝝ. Nã si dicta vestra diligẽti examinatiõe pensetis: quotiẽs iesum christũ vniꝰ esse nature dicitis: totiens eum filiũ scẽ virginis abnegatis: ꝛ videte vnde iam vobis salus veniat: si a vobis dominũ saluatorẽ ꝑuersitas cõfessionis abscidat.

Explicit expositio in psalmum CIX

Incipit expositio in psalmum CX

Alleluia. Quamuis hoc nomẽ laudis generale esse videatur: tamẽ ibi maxime apponit vbi magna exultatione gaudetur. Laudat enim dominũ populꝰ suꝰ: qui a mũdi clade liberatꝰ: vitioꝝ nescit sustinere seruitiũ. Que laus future figurã noscitur portare leticie: vbi dominꝰ a fidelibꝰ suis absq; intermissione cõspicit ꝛ sine fine laudat: sicut i alio psalmo legitur: Beati q habitãt in domo tua: in secula seculoꝝ laudabũt te. Est etiam psalmus iste apud hebreos alphabeti ordine decoratus: qui per capita comatuꝫ siue diuisionũ primꝰ cunctis litteris annotatur: illos nobis iustos indicãs: qui diuina gratia tribuente perfectis virtutibꝰ elucescũt. Nam sicut superiores psalmi alphabetodes q̃sdam litteras minus habentes: illos designãt: qui nõ adeo vniuersis meritis repleti sunt: sed tamẽ in sancto concilio habitare noscunt: ita ꝛ isti completis litteris omnibꝰ excellentiũ merita videntur

Os. 7 · Ro. 6 · Ps. 83 · Phil. 2 · 2 Ti. 4 · Jo. i

indicare iustoꝝ. Est ⁊ alia causa: vt pater Hylari⁹ dicit: positi huius alphabeti. Scimus paruulos ⁊ rudes per litteras erudiri: vt sapientie precepta conquirant. Sic huiusmodi psalmi pueris ⁊ incipientibus dantur: vt primordia eorum quasi quibusdam docentibus instruantur. Nam ꝙuis quosdam: ⁊ sine litteris scripturas diuinas didicisse legerimus: facilior tamen res est: dei gratia fragilitati nostre ꝑ litteras prudentiam discere: ꝙ illud miraculum sustinere. Cōmonemur ergo per hoc sacramentum: quaten⁹ pronissime ad eruditiōis studia festinem⁹: quādo vt elementa meditari ac discere debeamus: ordo ipse ponitur litterarum.

Diuisio psalmi.

Populus beatoꝝ: diuersis mundi partib⁹ aggregatus. Primo ingressu psalmi: cōfiteri se dicit domino in cōgregatione iustoꝝ: vbi est eterna laus ⁊ sine fine ꝑconium. Cōtinet aūt hec pars: ꝑdicti alphabeti litteras sex. Secūdo fideles ei⁹ dicit copioso munere satiatos: aduentum domini cōpromittens: vt hereditatē pollicitā auidissima intentōne perquirant: In quo alie decem littere sunt digeste. Tertio redemptos asserit christianos: ⁊ testamentum nouū eterna gratia cōsecratum. Iste vero residuas sex litteras recipiēs: totum alphabetum decora perfectione cōpleuit.

Expositio psalmi.

Aleph
Beth

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in cōsilio iustoꝝ ⁊ cōgregatione. Confitebor: sicut sepe diximus: equiuocū nomen est: sed ꝑ locorum diuersitate suscipit̃. Confitent̃ eni et qui peccata deplorāt: idem ⁊ qui dn̄o gratias referūt cōfitent̃. Sed illud in lachrymis: istud in gaudio est. Illud in afflictione: istud in sancta mentis alacritate noscit̃ constitutū. Unde hic ꝓfusa leticia exultat popul⁹ fidelis: q̄ndaz imaginē futuri seculi designās: vbi voces iste cōtinue sunt: et laudes dn̄i deuota mēte cōcelebrat. Nam vt sinceritatē sue intētionis ostendat: laudaturū se dicit eum toto cordis affectu: vt nihil cogitatio aduersa surripiat: nec splēdidam lucidāqȝ mentem: diabolica videātur fuscare ꝓstigia. Seqtur. In cōsilio iustoꝝ ⁊ cōgregatione. Si cōsilium iustoꝝ et cōgregationē hic velis exquirere: omnino videt̃ eē difficile: vt i h̄ seculo electos omnes inuenias: vbi ecclia ꝑmixtiōe bonoꝝ maloꝝqȝ cōpleta est. Sed qui hic toto corde confitent̃: iam vident̃ in illa cōgregatione iustoꝝ psallere: quā de cūctis gentib⁹ in futurū manifestū est dn̄m congregare. Et videam⁹ quid nobis ista verba denunciēt. Consiliū iustoꝝ est: quādo beati cum dn̄o resurrectiōis tempe iudicabūt: sicut i primo psalmo dictū est: Ideo nō resurgūt impij in iudicio: neqȝ pctōres i ꝯsilio iustorum. Hoc em̄ in euāgelio apostolis ⁊ sctis suis specialiter dn̄s cōpromisit dicēs: Sedebit̃ sup duodecim sedes: iudicātes duodecim trib⁹ israel. Cōgregatio vero: significat toti⁹ ecclie beatā coronam: de diuersis mūdi partib⁹ adunatā.

Ps. i

Math [cut off]

Magna opera domini: exquisita in omēs volūtates eius. Hinc iam enūerationes sincerissime cōfessionis ingredit̃: magnā immēsitatem bonitatis ostēdit. Quid enim magnificētius ꝙ de impio facere iustū: de hoste filiū: de captiuo liberū? Ut in eis cōpleat̃ qd̄ apl's dicit. Ubi autē abundauit pctm̄: supabundauit ⁊ grā. Exq̄sita: id est: singularis exacta: cui nihil pōt simile reperiri. Permittit em̄ diabolū seuire: vt ex illius iniqtate sibi debeat fidelissimos inuenire: nouoqȝ modo nascit̃ de afflictone gaudiū: de ꝑsecutione tpali: eterna securitas. Et ne putares ꝓ parte laudatum: adiecit: In omēs volūtates ei⁹. Quicqd em̄ facit: eximie atqȝ incōprehensibilit̃ operat̃: sic in genesi scriptū ē: Fecit de⁹ oia valde bona. Sic illa īuestigabil': illa īestimabil' laus: sb breuitate ꝯclusa ē.

Ro. [cut off]

Gen. i

Cōfessio ⁊ magnificētia op⁹ ei⁹: ⁊ iusticia ei⁹ manet in seculum seculi. Operam illā domini quā supius dixit: nūc iteꝝ queadmodū intelligat̃ exponit. Gloria em̄ ⁊ decor: sic pater hieronym⁹ transtulit: est opus ei⁹: quoniā ⁊ laudabilia sūt nimis ⁊ decora q̄ facit. Dixim⁹ em̄ cōfessionē illam hic accipiēdā: que verbis preconialib⁹ explicat̃. Seqtur. Et iusticia eius manet i seculū seculi. Hic iusticiā dn̄i: sentētiā futuri iudicij debem⁹ aduertere: q̄ oino ꝑpetua est. Iusticia qppe ei⁹ manet in seculū seculi: cū pctōrib⁹ dixerit: Ite in ignē eternū: q̄ parat⁹ est diabo-

Mat 25

lo et angelis eius. Iterumque iusticia eius manet in seculum seculi: quando fideles aduocauerit dicens: Uenite benedicti patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Sic in vtraque parte iusticia domini: perpetua et incommutabilis perseuerat. **Memoriam fecit mirabilium suorum: misericors et miserator dominus.** Ad secundum venit ingressum: vbi ostendit esca celesti fidelissimos pastos: id est: aduentu domini: vtique saluatoris. Memoriam ergo fecit mirabilium suorum: quando plurima noua et inusitata monstrauit. Tunc enim omnia deum regere: potuit euidenter aduerti: quando vise sunt consuetudines rerum sacris iussionibus immutari. Conuertere enim veraciter non potest ordines rerum: nisi qui eas et fecisse: et administrare cognoscitur. Et vt ostenderet quod fecit memoriam mirabilium suorum: sequitur: Misericors et miserator dominus. Misericors: naturam eius pietatis ostendit. Miserator: tempus quo aduentu suo misericordiam fecit: et humano generi larga pietate subuenit. **Escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui.** Quod dixit: Escam dedit timentibus se: significat vtique spiritualem cibum. Quis enim escam communem putet fidelibus ad premium datam: que et peccatoribus passim cognoscitur attributa? Sed vt magis hoc de aduentu domini saluatoris debuisses aduertere: sequitur: Memor erit in seculum testamenti sui. Memor erit: humanitatis consuetudine dicitur: quia tunc quis aliquid in mente habuisse putatur cum promissa compleuerit. In seculum: eternitatem significat: quia verba testamenti sui: solidissima veritate custodit. Nam sicut promissus est in veteri testamento dominus saluator: ita in nouo aduenire dignatus est: in quo esca data est timentibus eum: id est: communicatio corporis et sanguinis sacri: que est salus gentium et remissio peccatorum. **Uirtutem operum suorum annunciauit populo suo. Ut det illis hereditatem gentium.** Hic est impleta sententia que tribus versibus continetur. Uirtus operum fuit: quam dicit in euangelio: Ceci vident: surdi audiunt: leprosi mundantur: mortui resurgunt: et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Annunciauit: manifestam fecit: Populo suo scilicet christiano: quem redemit sanguine precioso. Sed hoc illi

Iudic. (margin) — Matth. (margin)

prophetie spiritu dicunt: qui ante aduentum domini in eum sancta fide crediderunt. Dedit autem eis hereditatem gentium: quando ecclesiam catholicam: de cunctis nationibus viuis lapidibus fabricauit. Ipsa est hereditas que promissa est abrae: Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: et sicut harenam que est ad oram maris. Aperuit enim causam: quare virtutem operum suorum annunciauit populo suo: scilicet vt daret eis hereditatem gentium. Ipsa enim intentio fuit miraculorum vt crederent: et premia compromissa credentes acciperent. **Opera manuum eius veritas et iudicium. Fidelia omnia mandata eius.** Pulcherrimis varijsque sententijs in hoc et sequenti versu laudes domini describuntur: que duodecima est species definitionis: quam greci cata epenon: latini per laudem dicunt. Opera quippe virtutis eius est: quando confitentibus parcit: et beatos ex impijs facit: deinde cum obstinatis penas debitas reddit. Quapropter proprie dictum est: Opus eius veritas et iudicium. Ueritas est enim: cum fidelibus promissa restituit. Iudicium: quod impijs comminatur: quando qui hic precepta eius facere negligunt: ibi vindictam perpetuam sustinebunt. Sequitur. Fidelia omnia mandata eius. Scriptum est: Serua mandata et seruabunt te. Fidelia vero sunt: quoniam nullo mendacio dicta variantur: sed absolute nos custodiunt cum ea custodire domini munere festinamus. **Confirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate.** Humana verba incassum missa soluuntur: domini autem sermo confirmatus permanet in eternum. Nescit enim titubare: quod veritas loquitur. Sequitur. Facta in veritate et equitate. Mandata illa que superius dixit: vt ea crederes certissimis effectibus esse plenissima: facta dixit esse que dicta. Et vt dignitas eorum amplius appareret: adiecit: In veritate et equitate. Ueritas est: quia dicta complentur. Equitas: quia iusticie pondere proferuntur. Has enim virtutes manifestum est continere mandata.

Redemptionem misit populo suo: mandauit in eternum testamentum suum. Sanctum et terribile nomen eius. Hic Enthymematicus syllogismus iam nobis frequentatus oboritur. Cuius propositio est. Redemptionem misit populo suo: mandauit in eternum testamentum suum. Sequitur expectata conclusio: Sanctum est igitur et terribile nomen eius. Audi-

Gen. 22 (margin) — Mem Nun (margin) — P (margin) — Eccl. 15 (margin) — Samech Ain (margin) — Al. dominus Phe Sade Coph (margin)

amus reliq̃ q̃ sequunt. Peruentum est ad ingressum tertiũ: i quo dominũ saluatorẽ pnũciat esse ventuꝝ: qui timẽdus: amandus: ꝛ ꝯtinua exultatiõe laudand⁹ est. Cõuenient autẽ dicit: Redẽptionẽ misit: qm̃ hoc videbant idigere captiui. Sꝫ tale precium fuit qđ non tyrãnus sumeret: sed ille qui absoluebat accipet. Lucrat⁹ est captiuus redẽptionẽ suã: ꝛ ipse est magis inde ditat⁹ q̃ tenebat obnoxi⁹. Sequit. Mandauit in eternũ testamentũ suũ. Mãdare dicim⁹: absentibus ṽba per medias destinare psonas. Quod factũ cõstat: qñ testamentũ nouũ per aplos atq; euangelistas suos trãsmisit ad gẽtes. In eternũ autem recte dicit: quia nullũ illi aliud successurũ significat: sicut in veteri testamẽto cõstat effectũ. Hoc est em̃ quod cũcta cõclusit: qꝛ plenitudinẽ suã quę pri⁹ fuerat pmissa restituit. Merito ergo eternũ dicit: qđ nllo alio indigere cognoscit. Addidit: Sanctũ ꝛ terribile nomẽ eius. Sanctum ptinet ad incarnationẽ: sicut ipse dicit: Custodi animã meã qm̃ sanct⁹ sum: Terribile ad oĩpotentiã deitatł excelsę: sicut in alio psalmo dicit: Tu terribilis es et quis resistet tibi? Quę duo ad illud ptinẽt vt amem⁹ aduocatũ: iudicãtem timere debeam⁹. Hec em̃ cõpetent vtraq; ꝯiuncta sunt: ne nos aut solus amor negligẽtes reddat: aut tãtũ timor desperatos efficiat. Initiũ sapientie timor domini. Intellect⁹ bonus omnib⁹ faciẽtibus eã: laudatio eius manet in seculũ seculi. Pulchre definitũ est qđ sit timor dñi: scꝫ initiũ sapiẽtię. Per hunc em̃ ad dñm: velut q̃busdam ianuis introit. Nã si metus eius iudicij nesciat: cõuersionis medicina negligit. Timeam⁹ vlciscentẽ: vt mereamur redẽptionis gratiã reperire. Seqtur. Intellect⁹ bonus omibus facientib⁹ eam. Ne sapiẽtiam putares humanã quę incertis casib⁹ nutat ꝛ fluctuat: dicit de ista cęlesti sapiẽtia. Intellect⁹ bonus: id est: ver⁹ atq; salutaris: quẽ ꝯstat in illa nõ esse; de qua scriptum est. Sapiẽtia huius mũdi stulticia est apud deum. Iste ergo intellect⁹ q̃ in timore domini pbatur intẽtus vtilis atq; fructuosus est: quoniã inde nascit: qđ ad pennem gloriã pducere videat. Adiecit: Laudatio eius manet in sęculũ sęculi. Ecce intentio psalmi tota declarata est. Populus ille fidelis a diabolica prauitate liberatus grãs agẽs dño: sentẽtiam religiosę mẽtis expressit. Qđ ꝛ hic facere debent q̃ deuoti sunt: ꝛ in illa cęlesti hierlm a btis ꝯstat esse pagendũ. Laudatio em̃ ei⁹ nõ claudit termino: qꝛ nec finẽ habere põt bñficiuꝫ. Hic laudat: qꝛ peccatores liberat: ibi p̃dicat qꝛ deuotos coronat. Merito ergo Alleluia i titulo psalm⁹ iste cognoscit suscepisse: q̃ ꝛ a laude dñi fecit ĩitiũ: ꝛ i ei⁹ laude finit⁹ ẽ.

Quã bene **Conclusio psalmi.** fidelissim⁹ pp̃ls iste lętat⁹ ẽ. Fuit et nostꝝ gaudiũ audire gaudentem. Alacritas em̃ mẽtis auget: qñ alteri⁹ lętantis plata ṽba suauiter hauriunt. Sed nec h̃ q̃ꝫ putet ociosuꝫ: qđ post cẽtesimũ nonũ psalmũ hec exultatio fideliũ tali nũero collocat. Respice em̃ dulcedineꝫ securitatẽq; canentiũ: ꝛ iuenies h̃ imaginẽ illi⁹ p̃mij cõtributã: quã operarijs in euãgelio dñs pollicet: q̃s ad laborẽ vinee vocatiõis suę mũeribus inuitauit. Ipe est em̃ denari⁹ q̃ ꝛ mane ꝛ sero veniẽtib⁹ dabit. Denari⁹: qm̃ coronalis est. Un⁹ qꝛ finẽ penit⁹ nõ habebit. Addita est huic psalmo ꝛ alphabeti decora pfectio: vt grẽ tãtę exultatiõis litterarũ institutio iungeretur.

Explicit expositio in psalmum CX

Incipit expositio in psalmum CXI

Alleluia ꝯuersiõis aggei ꝛ zacharie

Cum iam freq̃nter solũ posuerit: alleluia: videam⁹ adiectio ista noĩm qđ velit intelligi. Agge⁹ ꝛ zachariꝫ as pphę fuerũt: q̃ post trãsmigrationẽ babylonię s̃b dario rege lõgo post tpe pphauerunt: q̃ꝫ ista sunt cantata. Reuersi em̃ in hierlm patriã suã: cũ reparari tẽplũ viderẽt: laudes dñi magna exultatione pfuderũt. Ad quã silitudinẽ ꝛ h̃ psalm⁹ integerrimi alphabeti: lr̃is q̃si regulis aureis noscit eẽ cõtext⁹: quẽ p⁹ absolutionẽ pctoꝝ pfectissimã debeat xpian⁹ alacritate cãtare. Et memẽto quod institutor fideliũ hic q̃rtus est psalm⁹. Ostẽdit em̃ post liberationẽ delictoꝝ q̃nta sint bona fideliuꝫ: ꝛ q̃ sit retributio pfidoꝝ. **Diuisio.** Per totũ psalmũ ppha loquit. Prima admonitione: qđ faciat beat⁹

Ps. 85

Ps. 75

Res Sin Thau

j. Cor. 3

vir: et quanta bona domini gratia mereatur ostendit. Cõtinet autem litteras sex. Secũda aduentũ domini significat saluatoris: per quem homines ex peccatoribus et impijs in eternũ beati esse promerentur. Que diuisio tredecim litteras hebraicas noscitur cõtinere. In tertia parte cõtraria ipsis prouenire testatur. Que residuas habet litteras tres.

Expositio psalmi.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupiet nimis. Diuersis modis beatus vir in medium deducitur: ne dissimulatione aliqua eius appetentia negligatur. Decet enim animo nos frequenter reuoluere: vnde probamur sub eternitate gaudere. Sed cum beatitudo nulla sit sub timore mũdano qui potius miseros facit: manifestum est tamen nulla eterna reperiri gaudia: nisi que domini fuerint timore preparata. Ipso enim cõpellente desideramus: quod nos beatos possit efficere. Deindeque sic sequitur. In mandatis eius cupiet nimis: quod per timorem domini certum est posse contingere: quando dominum diligendo metuimus: ne nos a regno suo reddat extraneos. Beatus ergo qui timet dominum etc. species est duodecime definitionis: que grece dicitur Cata epenon: latine per laudem. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Iam illius beati que superius dixit: premia describuntur. Sed cum ipse predicet humiles sibi esse gratissimos: ita vt iusti eius pauperes dicantur: Queramus in qua terra potentes dicantur effici: qui hic probantur esse derisui: In illa scilicet qua cum domino regnaturi sunt sancti: vbi nõ diuitie humane: nec honores temporales faciunt potentes: sed cõtemplatio domini et sine fine laudatio. Ipsa reuera est potentia cui nõ succedit infirmitas: sed quod esse meruerit eterna felicitate custodit. Semen: opera significat bonorum rerum: que in hoc seculo velut semina iaciuntur: vt fructus future messis adolescat. Generatio autem rectorum dicitur: nõ ista carnis: sed illa que imitatione iustorum per similitudines operum noscitur esse propagata. Unde et diabolus peccatores filios habere memoratur: quibus dictum est: Uos a patre diabolo estis. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Adhuc in bonis beati premissa descriptio perseuerat. Beati domus: est mentis secretum: vbi diuitias sanctas et gloriam perpetuam reponit quisquis domini precepta cõpleuerit. Sed illa gloria nõ habet finem: ille diuitie nõ maligna surreptione dispereunt: sed de domini mandatis veniunt: vnde quicquid acquiritur: perenni integritate seruatur. Denique sic sequitur: Et iusticia eius manet in seculum seculi. Iusticia quidem hominis dicitur: sed que deo largiente prestatur. Nam cum sit nomen generale: aduertitur tamen propria: cum diuina dispensatione ad vnumquemque hominem res cõcessa peruenerit. Et ne aliquis se temporaliter existimaret fieri beatum: addidit: Manet in seculum seculi. Hactenus beati illius bona narrata sunt: nunc vnde fieri possit beatus edicitur: ne tantum desiderium mouisse: nõ etiam et causam docuisse videretur. Exortum est in tenebris lumen rectis corde: misericors et miserator et iustus dominus. Uenit ad admonitionem secundam: in qua domini primus significatur aduentus: qui confitentes beatos fecit: et superbos pro sua iniquitate damnauit. Sed iste aduentus domini: mirabili proprietate describitur. Uenit enim lux que superat omnem lucem. Et vt gratior esset adiecit: In tenebris: nõ istas quas solis facit absentia: sed que peccatorum magis presentia tenebrescunt. Intus sunt enim in corde iste tenebre: vbi sol mũdanus nõ possit accedere: quas illud lumen expellit: quod mortem vicit et delicta contriuit. Sed cum rectis corde dicitur: peruersi ab isto lumine separantur. Sequitur: Misericors et miserator et iustus dominus. Pauca sunt quidem verba: sed omnium creaturarum rationabilium actus amplexantia. Nam qui confitentur habent misericordem: qui cõtemnunt iustum sine dubio sustinebunt. Iocundus homo qui miseretur et cõmodat: disponet sermones suos in iudicio. Iocundum dicit: nõ tam hominibus acceptum quam deo gratum. Qui miseretur: id est: qui egentibus donat. Cõmodat vero qui recepturus aliquid in hoc mundo sperantibus in necessitate mutuatur: sicut dicit in euangelio: Omni petenti te da: et volenti mutuari abs te: ne prohibeas eum: quia et hoc nõ minima merces est ad presens seruare periclitantem: et fideliter recipere solatium prestite pecunie quantitatem. Potest autem intelligi vt hoc quod miseretur: id est: quod pauperibus donat commodare videatur: quando dat homo temporalia: recepturus eterna. Sed licet vtraque ad manuales videantur opera pertinere: tamen nõ solum de pecunia miserendum dicit pauperi: aut sperantibus

Zai
Heth
Al. nõ hz
Teth
Ioth
Luc. 6

Defecit in salutare tuū anima mea: ꝛ in verbum tuum† speraui. Undecimā litterā pegrinus in hac terra ꝓplus decātat: in q̄ nimiū desideriū suū in aduētu dn̄i feliciter ɔfitet. Enumerat qꝫ quātā supboꝝ insecutionē ptulerit: ad postremū petit: vt in mandatis dn̄i ipsi⁹ munere pseueret. Defect⁹ ꝛ p fine alicui⁹ rei dicit: vt est illud: Inimici defecerūt framceę in finē. Nōnūqꝫ ponit ꝛ p desiderij nimietate declarāda: vt est illud: Cōcupiuit ꝛ defecit aīa mea in atria dn̄i. Idē et hic sctā ɔgregatio defecisse dicit aiam suā in dn̄i saluatoris ardentissimā caritatem. Mos em̄ iste hūanitatis est: vt qḋ oīno cōcupiscimus: in eo lassari ac deficere videamur: qn̄ dilatione suspēsi: ad vota nostra puenire nō possum⁹. Ut si carissimū filiū clementissimus pater lōga expectatiōe dilat⁹ anima festinante sustineat: Si vxor castissima dulcissimū maritū: Nōne amore fatigante deficiūt: quos videre desiderāter exposcūt? Quapropt: defecit aia mea: significat lassata est atqꝫ fatigata: qḋ p nimia solet desideria ꝑuenire. Cōsideremus ꝫ sanctissimi desiderij magnitudinē: tāta se mētis intētione fatigasse: vt vsqꝫ ad defectuꝫ felicissimū pueniret. Sed ne defect⁹ iste fidei videret occasus: In salutare se defecisse dicit: qḋ hebrea lingua dicit Jesus. Et ne aliqs ita sentiendū forsitan dubitaret: addidit: Et in verbū tuū speraui: id est: in vnigenitū filiū: q̄ est dei virt⁹ ꝛ dei sapientia: de quo ꝛ alibi legit: Uerbū caro factū est: ꝛ habitauit in nobis. **Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū dicentes: qn̄ consolaberis me.** Repetit salutari ꝛ cōfirmatiua defectio: ꝗ nō ab infirmitate mētis venit: sed a gloriosa poti⁹ animi virtute descēdit. Supra em̄ dixit nimio desiderio dn̄i saluatoris defecisse aiaꝫ suā: nūc oculos cordis tali ambitiōe defecisse cōmemorat. Ipsi em̄ sunt q̄ interi⁹ loqui possūt: sicut scriptū est: Clamaui i toto corde meo exaudi me dn̄e. Nā cū lingua loqui soleat: hic legitur oculos dixisse: Qn̄ cōsolaberis me. Cōstat ergo oculos istos esse intellectuales: id est: lumina cordis intrinsec⁹: ꝗ dn̄o efficaciter supplicant: ꝛ silētioso quodā sermone ꝓclamāt. Oculos aliqd dicere: nō ē cōis aut vsitata locutio. Sed istū cōpositionis modū scripturę diuinę necesse est: vt ꝓpriū esse fateamur. Et respice vim syllabę. In eloquio dixit: nō ab eloquio. Deficere em̄ ab eloqo dn̄i: toti⁹ boni renera puatio ē. Nā in eloqo ei⁹ deficere: sp augere ē. Tādiu em̄ se dicit defectū istum robustissimū ptulisse: donec expectata icarnatio dn̄i cordis aspectib⁹ appareret. Un̄ euidēter agnoscim⁹ iustos viros: ꝛ si carnalib⁹ oculis aduentū dn̄i nō viderūt: fidei lumie ab eis sp̄ituitū: sicut ꝛ ipse dn̄s discipulis suis in euāgelio dicit: Abraā cupiuit videre diem meū: vidit ꝛ gauisus est. **Quia fact⁹ sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas nō sum oblit⁹.** Qm̄ supius se petiuerat cōsolandū: nūc causam reddit cur illi domin⁹ debeat subuenire. Uter in pruina: natuio calore desertus: glaciali

al. sup sperauit

Ps. 9

Ps. 83

j. Cor.

Joh.

rigore cōtrahit. Sic corpus sanctorum incentiuo vitiorum calore vacuatū: bñficio cōuersionis attrahit. Et cū sic fuerit felici sorte maceratū: puenit qđ sequit: vt iustificatiões dñi possint nullatenus obliuisci. Vter enim corpus mortale significat: Pruina bñficiū cōuersiōis ostēdit: p quā euenit vt caro nostra lasciuiens afflictiōe penitētię dōmet. Tm̄ em̄ crescit calor fidei: quātū de flāma subtractū fuerit corporali. Sed vter iste beatorum est: q aiam pñitentē de ppria facit ptritiōe pficere. Nec estimes ideorum viuos hoies vtribus cōparatos: cū in euāgelio dicat dñs de pdicatione fidei locutus: Nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: alioqn rūpunt vtres et vinū effundit et vtres pibūt: sed vinū nouū in vtres nouos mittūt: et ambo cōseruabunt. Quot sunt dies serui tuo: qñ facies de psequentib9 me iudiciū. Sciens sctōrum cet9 vsqz ad finē seculi tēptationib9 diabolicis mēbra dñi subiacere: interrogat qñ mūdus iste finiat: vt de psecutorib9: id est: diabolo cū ministris pparata vltio cōpleat: nō qz vitę suę tēpus volebat agnoscere: sed celeritatē futuri iudicij postulabat: in quo iā beatis erit requies: et gaudiū sine fine māsurum. Mouere aūt pōt: quare finē seculi desiderabat agnoscere: cū legat in actib9 aplorū: Nō est vestrū scire tēpora vel momēta q pater posuit in sua ptāte? Primū: qz et discipuli hanc rē interrogauerūt dñm xpm: et pgruū fuit vt in typo aplorum qđ dicturi erant cohors sancta loqueret. Deniqz sic intelligēdū est: qz finē malorum beat9 plus expetebat: quē nisi post mundi istius terminū videre non poterat.

Narrauerūt mihi iniqui fabulationes: sed nō vt lex tua dñe. Iniq sunt euidēter heretici vel iudei: quorum puersa loqcitas nescio qs sibi narrare videt ineptias: qñ relicto ordine veritatis inuētionibus pbant studere falsissimis. Hec sunt a lege dñi oino discrepātia: qñ illi veritatē docent: isti nitunt suadere fallacias. Intelligite demētes: qui a catholica veritate disceditis: dogmata vestra inanib9 fabulis cōparata. Cui vos cōplacere creditis: cum ab spiritusancto notatos vos tali noie sentiatis? Omnia mandata tua veritas: iniqui psecuti sunt me adiuua me. Cōtra illud qđ de hereticis dixit: Narrauerūt mihi iniqui fabulationes: hic pfitet: Omnia mādata dñi esse veritatē. Veritas em̄ verum loquit: sed pfidi eā quibusdā nebulis obcęcare cōtendūt. Sequitur em̄. Iniqui psecuti sūt me: scz iubēdo puersa: falsa suadendo: et quocūqz mō psequentiū grassari solet iniqtas. Adiecit: Adiuua me: quasi cōtra imanem beluā: hostē crudelissimū: leonē seuū. et cetera quę nos vitare suspitio formidolosa cōpellit. Paulominus cōsūmauerūt me in terra: ego autē nō dereliqui mandata tua. Cū dicit: Paulomin9 cōsūmauerūt me: et nimietatē psecutionis ostēdit: et se tñ nō defecisse dñi munere declarauit. Verbū autē consūmauerunt: et pfectionē significat et defectū: vt si vim rei diligēter intēdas: magis eos pfectos fuisse cognoscis: sicut euāgeliū dicit: Cōsūmatū est: id est: pfectū est: et hec dicens emisit spiritū. Si vero strages morientiū cogites: pene cōsūmatos immisericorditer estimabis. In terra: in hoc seculo: vbi martyres ptulerūt. Addidit: Ego aūt non dereliqui mādata tua: scz vt vsqz ad finem ei9 cōstantia pueniret: sicut legit: Qui pseuerauerit vsqz in finē hic saluus erit. Secūdū misericordiā tuā viuifica me: et custodiā testimonia oris tui. Post desideriū singulare dñi saluatoris: post afflictionē corporis vtris similitudine declaratā: post gloriosa supplicia passionū videt petere se iustificari: tanqz adhuc nō viuat: et custoditurū se testimonia oris dñi pollicet: vel vt adhuc nō custodiat. Sz viuifica dixit me: in illa ęterna vita pstitue: vbi sanctis vita est: qz nulla cōtrarietate pulsant. Quod aūt dicit: Custodiā testimonia oris tui: non qz in psenti nō custodiuit: sed vsqz ad finē vitę suę adiuuāte dño custoditurū se talia pmisit. Siue vt quibusdā placet: sanctorum vox est qui martyriū desiderabāt: qui pauloante dixerūt: Iniqui psecuti sūt me adiuua me. Sequitur etiā: Paulominus cōsūmauerunt me in terra. Ideoqz ad desideriū martyrij estimāt esse referendū. Ipsi em̄ viuificari se petebant morte gloriosa: vt amittendo p fide hanc vitā mercarētur requiē sempiternā: et tunc potius acciperent honores ęternos: cum eos perfidi

Matth. 9 | Act. i | Iob. 19 | Matth. 10

credebãt esse ꝯsumptos. Cõsiderãs tñ imbecillitates hũanas: istud dicit scdm misericordiã dñi tribuẽdũ: q̃ mortua viuificat: τ imbecilla cõfirmat. Lamech.

In eternũ dñe: verbũ tuũ pmanet in celo. Ad duodecimã litterã plebs celestis aduenit: in q̃ virtutẽ dñi factaq; describẽs: dicit oĩa tpalia finẽ posse suscipe: mãdata vero eius nequaq; terminũ reperire. Sed qm̃ supius dixerat: Paulominꝰ ꝯsũmauerũt me in terra: admiratꝰ potẽtiã dñi: qui nõ pmittit statũ ecclĩe q̃uis atroci psecutiõe cõsumi: pia exclamatiõe psiluit dicẽs: In celo verbũ dñi pmanere: id est: in vnoquoq; sancto: q̃s de morte facit viuere: τ de tribulatiõe gaudere: qui mãdatis eiꝰ pia hũilitate famulant̃. Est eñ in illis celũ q̃ se cõuersatione celesti tractare noscunt̃: siue in angelis τ archangelis virtutibusq; celestibꝰ: quas p sinceritate volũtatis suę sancta maiestas inhabitat. Manet eñ in eis sp verbũ: qm̃ τ illi iugiter in ministerio dñico firmissima deliberatione ꝯsistũt. Uerũ hic aliq̃ nõnullã faciunt questionẽ: Queadmodũ in eternũ verbũ pmaneat in celo: cũ ipse dicat: Celũ et terra trãsibũt: verba aũt mea nõ peribũt? Sed q̃uis ista mutent̃ in celo: pmanet verbũ: q2 oĩa celestia dignatione suę maiestatis inhabitat. In seculũ seculi veritas tua: fundasti terraz τ pmanet. In seculũ seculi: tẽpora significat in quibꝰ duo ipsi dño pstante crediderũt: quoꝝ vnꝰ est legis τ pphetarũ: alius euãgeliorum τ aplõꝝ: in quibꝰ est veritas: id est: ipse dñs xp̃us: qui eis τ donauit credere: τ in fundamẽto fidei pmanere. Sz cur istis seculis veritas nõ defuerit: ꝯsequẽter exponit dicẽs: Fundasti terrã τ pmanet. Qđ meliꝰ de sanctis hominibꝰ dat̃ intelligi: qui sic fundati sunt: vt in xp̃i dñi credulitate pmaneant: qm̃ si ipse nõ fundasset: nec prius seculũ in patriarchis: nec secũdũ in aplĩs vel credere vel pmanere potuisset. Nã si hoc ad terraz referas vniuersalẽ: q̃ mirabili mole legit̃ esse suspẽsa: queadmodũ eã dicamꝰ pmanere: quã mutandã vt celũ lectio diuina ꝯfirmat? Ordinatione tua pseuerat dies: qm oĩa seruiũt tibi. Quotiens singulari numero: dies: ponit̃: venturꝰ ille significat̃: qui vnus atq; eternꝰ est: nõ habet noctẽ: de quo scriptũ ẽ: Et erit illis dominꝰ lumẽ eternũ. Et ne quis de tãto miraculo crederet disputandũ: adiecit: Oĩa seruire creatori: qui p sua volũtate τ tẽporalia τ eterna disponit. Potest autem de infidelibꝰ nõnulla q̃stio oboriri: qui nõ vident̃ seruire dño: qñ ab eiꝰ deuotõe discreti sũt. Sed τ ipi seruiũt cũ iudicant̃. Nõ eñ liber dimittit̃: q̃ puniẽdus esse monstrat̃. Siue oĩa intelligere debemꝰ: de quibꝰ loquebat̃: q̃bus dies ppetuus erit: q2 infidelitatis tenebras nullo tẽpore patiunt̃. Nisi qđ lex tua meditatio mea est: tũc forte pissem in hũilitate mea. Nisi bñficia legalis meditatõis habuisset: vt penis nõ cederet: τ ꝯstantiã fidei periculorũ despectione seruaret: inter calamitates q̃s ppessus est asserit se perire potuisse: vt itelligamus quãtũ nobis p̃stet meditatio legis q̃ potuit a tã ingentibꝰ liberare piculis. Meditatio quippe legis est illa: q̃ p̃cipit vel cogitare vel facere: vt interiore quasi ꝯsiliario formatꝰ: seuiẽtia tormẽta supare possit intrepidus. In hũilitate vero sua: in afflictionibꝰ dicit: quas pia intentione tolerauit: a quibꝰ se gaudet ereptũ: qñ ad sanctũ meruit puenire martyriũ. Hũilitas eñ τ necessitate subit̃: τ volũtate suscipit̃. Illã sustinent criminũ rei: istã exercẽt puritate sanctissimi. In eternũ nõ obliuiscar iustificationes tuas: q2 in ipsis viuificasti me. Deuotionẽ pmittit absolute post dona: q̃ dñi meruit impetrare clementiã. Possunt alia memorię fortasse decidere: beneficiũ autẽ nullus fideliũ obliuiscit̃ in quo vita p̃stat̃. Quapropter necesse fuerat illarũ iustificationum sp esse memorẽ: a quibꝰ vitale munus noscit̃ accepisse. Iustificationes aũt sunt: sicut supra iã dictũ est: p tẽporales causas: intellectꝰ futurarũ significationũ: qđ occidebat̃ agnus imaculatus in pasca: qđ mare rubrũ iter p̃buit ad salutẽ: qđ pp̃lus terrã repromissionis p iesũ naue intromissus accepit. Hec eñ oĩa venturę pfectioni cõstat indicia p̃stitisse. Has q̃ iustificatiões nõ debemus vllatenꝰ obliuisci: q̃ nobis fidei pmordia p̃stiterũt. Nemo eñ põt pfecte gratiã donatiõis agnoscere: nisi τ initia rerũ meminerit: cur visa

Marginal notes: ☧ — Luce.2j — Al'. gnãtione τ generationẽ — Esa.6.

sint inchoasse. **Tuus sum ego saluũ me fac: qm̃ iustificatiões tuas exq̃siui.** Cũ legatur: Dñi est terra ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terrarum ⁊ vniuersi q̃ habitãt in ea: chor⁹ iste nescio q̃ dñi specialꝰ grẽ remuneratiõe ꝯfidens ait: Tu⁹ sũ ego. Tu⁹ em̃ sũ: nõ ille vere põt dicere q̃ aliq̃ se cognoscit obscenitate tractare. Vitiorum quippe seru⁹: dominũ nõ meret habere sanctorũ. Apls em̃ paulus nõ impudẽter hac voce potuit vti: qui clamabat: Mihi viuere xps est: ⁊ mori lucrũ. Et illd: Viuo iã nõ ego: viuit aũt in me xpus. ⁊ his silia. Illud q̃ꝫ cõsiderandũ est: qd dũ ꝓfessus fuerit se esse dñi: adhuc petit vt salu⁹ fiat: vtiq̃ in illa iudicatione futura: cũ beati itromittunt in requiẽ sempiternã. Sed quare sal⁹ ista petat: assidue subter adiũxit: Qm̃ iustificatiões tuas exquisiui. Alij em̃ honores appetũt: ꝯiugia q̃runt: mũdi gaudia ꝯcupiscũt: iste sibi iestimabiles putabat esse diuitias: si dñi iustificatiões iugi studio ꝓbaret exq̃rere. Perscrutãdũ q̃ꝫ cur istas iustificatiões totiens repetit? Scꝫ vt veteris testamẽti significãtias nõ putaret aliq̃s negligẽdas. **Me expectauerunt pctõres vt pderent me: testimonia tua intellexi.** Expectauerũt vt pderẽt: ad illud respicit: qd mali suasores blandiẽdo agebant: vt ei⁹ animã prauitatis vulnere sauciarẽt. Nã si pena fuisset ꝑcipitata: nõ diceret: expectauerũt: sed accelerauerũt. Grauior est eniꝫ ista ꝑsecutio: q̃ ⁊ coronã martyrij suspendit: et mortẽ aię suadere nõ desinit. Sed quo remedio illa vitare potuisset ostẽdit. Intelligens em̃ testimonia dñi: nõ potuit ad vitia nefanda pduci. Vñ claret illos solos eripi: q̃ a tali periculo dñi fuerint illũinatione liberati. Intellexi aũt: accipiam⁹ operatus sum: sicut in alio psalmo dicit: Beat⁹ q̃ intelligit sup egenũ ⁊ pauperẽ. Quid em̃ poterit pauperi ꝓdesse: si eũ tm̃ egentẽ intelligeret: ⁊ nullo munere subleuaret? Quaprop intellect⁹ mandatorum: sancta opatio est. **Omnis cõsũmationis vidi finẽ: latũ mandatũ tuũ nimis.** Intrauerat i diuitias altitudinis dei: viderat qd p partes nõ poterat explicari: ad postremũ breui sentẽtia quę fuerãt dicenda cõclusit. Profitet em̃ toti⁹ cõsũmationis se vidisse finẽ. Cõsũmatio est em̃ virtutũ oĩm cõpletiua pfectio: cui cõsũmationi xps est finis. Quẽ se merito vidisse dic: qm̃ eũ illũinata mẽte tunc credidit esse venturũ. Si aũt ad litterã hoc velis aduertere: põt ⁊ sic accipi: qm̃ reb⁹ secularib⁹ termin⁹ sp videt impositus. Mandata em̃ dñi non habẽt finẽ: q2 latissima se virtute distẽdunt. Qd ideo sic positũ est: vt nec ambitiões seculi aliquis desiderãter expeteret: quib⁹ finẽ datũ esse sentiret: ⁊ mãdata dñi nimia festinatione ꝯquireret q̃ letissima cõprobaret. Nec vacat qd latũ mandatũ tuũ posuit nimis: scꝫ significãs caritatẽ: quã circa deũ habere iubemur ⁊ ꝓximũ. Nã qd latius dici põt: q̃ꝫ qd vniuersã legẽ ⁊ cunctorum ꝓphetarũ dicta cõcludit? De qua ⁊ aplus dicit: Caritas dei diffusa est in cordib⁹ nostris p spm̃ sanctũ qui datus est nobis.

Ro. 5

Mem.

Quomõ dilexi legẽ tuaꝫ dñe: tota die meditatio mea est. Popul⁹ beat⁹ q̃ ꝓphãrũ atq̃ euãgelij plurima meditatione ꝑfecerat: in hac lr̃a introducit ad loquẽdũ: sup docẽtes se ac seniores asserẽs diuina intellexisse mandata: ⁊ ideo sup mel ⁊ fauũ ori suo scripturarũ diuinarum testatur ꝓuenisse dulcedinẽ. Dicẽdo: Quõ ꝓmittit se dicturum queadmodũ legẽ dñi ꝑcipua intẽtione dilexerit. Dilexit q̃ legẽ nõ timuit: qm̃ p dilectionẽ nõ p timorẽ mundanũ ꝑceptuꝫ dñi sctõs viros decet opari. Plus em̃ acceptũ est amanteꝫ aliquid facere: q̃ꝫ soluꝫ infideliter timentẽ. Quõ aũt dilexerit: ꝯsequenter exponit dicẽs: Tota die meditatio mea ẽ. Tota die: cõtinuũ tẽpus debem⁹ accipere: sic ⁊ alibi legit: Bñdicã dñm in omni tẽpore: sp laus eius in ore meo. Sancta em̃ ꝯsciẽtia sp habuit diẽ: quę clarificato corde incredulitatis tenebras ignorauit. O indefecta meditatio: cui seculi istius nõ sufficit dies. Et vt hũanã fragilitatẽ cõtinue meditatiõi credamus potuisse sufficere: hac nobis vt oppinor rõne cõstabit: qm̃ si q̃s quaslibet causas respectu dñi sub moderatiõe disponat: si cibos tẽperãter accipiat: si somnũ cõuenient capiat: legem dei meditat in oĩbus: qm̃ se honesta ⁊ ꝓbabili actiõe cõmendat: sicut aplus dicit: Siue em̃ mãducatis: siue bibitis: siue aliud aliquid facitis: omnia in

Ps. 23
Ro. 14
Ps. 40
Ps. 33
i. Cor. 10

gloria dei facite. **Sup inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: q2 in eternū mihi est.** Inimici intelligēdi sunt obstinati iudei: heretici vel pagani: q̄ p̄cepta dn̄i aut mime intellexerūt: aut ea prauo studio nō ꝓbanť operati. Supra istos prudētē se dicit effectū: qm̄ iussa dn̄i ⁊ deuot⁹ accepit: ⁊ vera illis integritate seruiuit. Sed vnde prudēs fact⁹ fuerit sup inimicos suos: addidit: Mandato tuo: qm̄ dn̄o illi fideliter obediuit: cūctos errantes sine dubitatiōe trāscendit. Ecce reuera beat⁹ honor: ecce regnū bonorū: supbos trāscendere: potestatib⁹ seculi p̄minere: ⁊ in sancta hūilitate fixa mente cōsistere. Adiecit: Quia in eternū mihi est: id est: mandatū tuū. Sed queram⁹ qd̄ mandatū est: qd̄ seculo isto deficiēte pmaneat: sc3 dilectio dei ⁊ p̄ximi. Ibi em̄ ⁊ dn̄m supra omnia diligimus: ⁊ p̄ximū queadmodū nos pfectissime tunc amam⁹. Merito ergo hoc mandatū in eternū sibi dicebat esse seruādū: quo beati sancta cōsciētia iugiter pfruunť. **Sup omnes docētes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.** Videť a beatoꝝ humilitate sanctissima discrepare: si sup moysen atq̄ ꝓphetas vel ap̄los: qui ecclesiam dn̄i integerrima fide docuerūt: hoc dictū velimus aduertere. Sed intēdamus superiorē versū: ⁊ omnis q̄stio calūniosa discedit. Non em̄ dixit: Sup patres: sed: Sup inimicos meos: vtiq̄ qui legē dn̄i praua intētiōe docuerūt. Hic em̄ arguit: nō ꝓbat: magistros sc3 phariseos designās: qui se ad litterā tenētes: spiritualē intelligentiā negligebāt. Quos ⁊ dn̄s in euāgelio frequēter arguit: sed cor eorū lapideū ratione veritatis sentire nō meruit. Supra tales igiť oēs doctores merito cohors euāgelica intellexisse se meli⁹ dicit: q2 prauitatib⁹ eoꝝ repudiatis: sincerā doctrinā dn̄i saluatoris accepit. S3 cur meli⁹ intellexerit: cām designat. Quia testimonia tua meditatio mea ē. Illis em̄ testimonia dn̄i nō erant meditatio: qui psuasione falsissima: lōge aliud q̄ dictū fuerat sentiebāt. **Super †seniores itellexi: q2 mandata tua †exquisiui.** Nō est hic iactātia superba: sed veritas. Seniores dicim⁹: ⁊ sapiētię maturitate p̄claros: ⁊ longa nos etate p̄cedentes. De quib⁹ dictum est: Interroga patrē tuū ⁊ annūciabit tibi: seniores tuos ⁊ dicent tibi. Dicim⁹ etiā seniores: etate quidē maturos: sed vitiorū affectione leuissimos: sicut fuerūt illi de quib⁹ in euāgelio scriptū est: Fecerunt sacerdotes cōsiliū cū seniorib⁹: vt eū morti traderent. Tales nunc seniores dicit: nō canos mente: sed corpore. Ab istis ergo merito se ampli⁹ dicit intellexisse: qm̄ quē illi sacrilega mente cōtempserūt: iste suū venerabať auctorē. Frequēter em̄ in scripturis diuinis iuniores meli⁹ intelligūt seniorib⁹. Sicut iacob qui se ad bn̄dicendū p̄buit: et germano suo ꝓmissū fructū p̄me benedictionis accepit. Sicut samuel melius heli sacerdote. Vel daniel melius falsis senioribus: quos ipse spiritu dei plen⁹: morte dānauit. Meli⁹ vtiq̄ intellexit populus nouus: q̄ senior ille iudaic⁹: qui feliciter suscepit christū dn̄m: quē ille mortifere crediderūt esse tēnendū. Et vt eaipsa veritatis testimonio cōprobaret: sequiť quare intellexerit sup seniores: sc3 q2 mandata tua exq̄siui. Illi em̄ si exquisissent mādata dn̄i: nequaq̄ prudētiores potuerant habere iuniores. Et vide queadmodū veritatis ordinē seruat. Dicit em̄ mandata tua: nō hominū puersorū: de quib⁹ dictū est: Ignorātes em̄ iusticiā dei: ⁊ suā volētes cōstituere: iusticię dei nō sūt subiecti. **Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodia† verbum tuū.** Ex hoc versu euidenter aparet: ⁊ superi⁹ illos dictos inimicos qui legē dn̄i nesciebant: ⁊ doctores imperitię cecitate detentos: ⁊ seniores nō habuisse grauissimā fidei firmitatē: qm̄ se dicit ab omni via mala ipsorū pedes suos ꝓhibuisse: ne eorū potuisset puersitate subuerti. Illa est em̄ certior explanatio: qm̄ se ipa corusco similis declarat auctoritas. S3 videam⁹ quid nobis isti⁹ versus verba parturiant. Ab omni via mala: significat heretico rū prauas ⁊ pessimas suasiones: quib⁹ illi exitiabili dulcedine blandiunť. Addidit quoq̄: Prohibui pedes meos: q̄si desiderantes illuc ire: vbi in atram foueā corruere potuissent. Originalis siquidē peccati culpa ꝓnos nos trahit sp ad vitia: ⁊ nisi dn̄i gr̄a muniamur: facillime peruersa sua-

Al. senes
Al. quesiui
Deut. 3
Matth.
Ro. 1
Al. v

ſione decipimur. Jlla eſt em̄ dn̄o iuuãte ſa lubris ꝓhibitio: cũ hoc fieri non patimur: qḋ plenũ periculis inuenit̃. Pedes autem meos: ſignificat mētis aſſenſum: que nos quodã veſtigio ducit ad culpam: ⁊ ad vias malas cōpellit: niſi eos pietas diuinitatis abſtraxerit. Sequit̃. Ut cuſtodiã verbũ tuum. Aliter em̄ verbũ dn̄i nō potuit cuſtodiri: niſi cũ illa peſtifera ſuaſio ꝓbaret̃ expulſa: ſicut apl̄us dicit: Nō poteſtis calicē domini bibere: ⁊ calicē demonioꝝ: nō poteſt menſe dn̄i participes eſſe: ⁊ menſe demoniorũ. **A iudicijs tuis nō declinaui: quia tu legez poſuiſti mihi.** Declarauit illud qḋ ſuperi⁹ dixit: Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos: vtiq̧ vt ei⁹ minime iudicia declinaret. Sic em̄ pfecte beatitudinis integritas cuſtodit̃: qñ hereticorũ iniquitas puerſa reſpuit̃. A iudicijs ergo tuis dicit: id eſt: qḋ tua volũtas ſancta cōſtituit: ⁊ viuēdi nobis regulã dedit. Ab eis vtiq̧ nō declinare: hoc eſt: in via recta cōſiſtere: hoc ad celoꝛuz gaudia puenire. Sequit̃ cauſa ꝓbabilis: Quia tu legē poſuiſti mihi. Cuz legem p moyſen dn̄s dederit: eãq̧ iuſſerit inuiolabiliter obſeruari: nō incongrue hic euãgeliũ intelligim⁹ cuz dicit: Tu legez poſuiſti mihi. Jlla em̄ quã p moyſen dedit: pedagogi nobis ꝯſtauit officiũ: iſta vero toti⁹ plenitudinis donauit effectum. Merito ergo ſanct⁹ pp̄hus de ipſa lege gaudebat: quã iam credēdo ſuſcepat. Deniq̧ vide quid ſequit̃. **Quã dulcia faucibus meis eloquia tua: ſup mel ⁊ fauum oꝛi meo.** Cōparationes iſte ꝗuis aliquid videant̃ habere ꝓcipuũ: tñ nō poſſunt reb⁹ ſpiritalib⁹ exequari: niſi ſemp ponatur: Sup: ſicut in nona littera iã dictũ ē: Bonũ vero lex oꝛis tui ſup milia auri ⁊ argenti: vt ea quidem inter hoies ꝓcipua ſed diuine iocũditati inferioꝛa eſſe cognoſcas. Spiritualib⁹ itaq̧ delitijs magna vbertate ſaginat⁹: populus beatus exclamat: Q̃ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Dicendo: Q̃: magnã quidē dulcedinē ſibi eſſe ꝓfeſſus eſt: ſed nō quã lingua potuiſſet exp̄mere. Nã cũ omnis guſt⁹ ſapiat in palato: cōſiderandũ eſt hic quare dixit: Faucib⁹ meis. Fauces em̄ ſunt gutturis noſtri via vbi iã deglutita dulcedo nulla ſentit̃. Sed da de eloquijs dn̄i erat abſolute dictur⁹: mirabilit̃ illã partē poſuit: vt cito ad coꝛdis noſtri penetralia pueniret. Eloq̄a em̄ dn̄i non in palato ſapiunt: ſed magis cũ fuerint deglutita dulceſcunt. Sequit̃. Sup mel ⁊ fauũ oꝛi meo. Mel ad vetus: fauũ ad nouuz ptinet vtiq̧ teſtamētũ. Nã licet vtraq̧ ſint dulcia: tñ faui ſapoꝛ ē ſuauioꝛ: quia gratia nouitatis maioꝛe cumulat̃. Pōt etiã ⁊ mel intelligi apta doctrina ſapiētie: fauũ vero que in quibuſdã ꝓfundis cellulis ꝓbat̃ eē recōdita. Qḋ vtrũq̧ in ſcripturis diuinis nō eſt dubiũ repiri. Addidit: Oꝛi meo: qñ reuera ipſam ſapiētiã quã faucib⁹ deglutiuerat oꝛe p̄dicabat. Sic ezechiel ꝓpha dicit de dn̄o. Et ait ad me: Fili hominis: qḋ inueniſti mãduca: ⁊ deuoꝛa volumē hoc: et vade ⁊ loquere ad domũ iſrael. Et mãducaui illud: ⁊ factũ eſt in oꝛe meo ſicut mel dulce. **A mandatis tuis intellexi: ppterea odiui omnē viã iniquitatis.** Legem dn̄i edoct⁹ acceperat: Fili noli ambulare viã cũ impijs: diuerte aũt pedē tuum ab itinerib⁹ eoꝛũ: pedes em̄ eoꝝ in maliciã currunt: ⁊ veloces ſunt ad effundēdũ ſanguinē. Audiuerat etiã: Perdidiſti oēs qui foꝛnicãtur abs te. Et alibi: Qui diligitis dn̄m odite maluz. ⁊ cetera que in hunc modũ diuina lectione pꝛolata ſunt. Talia quippe dũ audiſſet: in mandatis dn̄i viam iniquitatis intellexit oīmodis execrandã: que iuſto domino placere nō poterat. Odio em̄ debent eſſe que ſeculi ſunt: vt rebus celeſtibus totus impendat̃ affectus. Decet em̄ nos execrare que mala ſunt: qꝛ interdũ a pꝛauis neceſſitate ꝓhibemur: quoniã cōſcius eoꝛuz videtur anim⁹: qui aliqua illis delectatione ꝯſenſerit. Sequeſtrat̃ aũt ab illis rebus volũtas fideliũ: que odio intercedente dãnauerat: vt nec voto: nec operatione ſe polluat: qui mentē ſuam tali execratione purificat.

Nun.

Lucerna pedibus meis verbum tuũ: ⁊ lumē ſemitis meis. Poſt tertiãdecimã litteraz: ad quartamdecimã cohoꝛs beata peruenit: in qua pedib⁹ ſuis dominici verbi lumē radiare cōgaudet: animã ſuã humilima ſatiſfactione cōmendans: expetēs retributiones dn̄i ꝓmioꝛũ deſiderio: nō terroꝛe vindicte.

Margin notes: Corin. — Ps. 3 — Ezech. 3 — Prouer. j — Ps. 72 — Ps. 96

Sciēs ꝙ huiꝰ seculi noctē diuersis offensionibus irretitā: vt alibi laqueos: alibi stopulos: alibi cōtineat ꝓfundissimas vastitates: pedibꝰ suis verbū domini lucere testatur: ne absentia veri luminis incidat in ruinā: quā ꝑ suā ꝓuidentiā vitare nō poterat. Sed hoc verbū: illud debet intelligi: quod ꝑ scripturas sanctas ꝓphetarū ore seminatū est. Quod bene appellauit lucernā: que hūanis vsibus data est ad debellāde noctis ꝓfundissimā cecitatē: sicut petrus apostolus dicit: Habemꝰ certiorē ꝓpheticū sermonē cui benefacitis intēdentes: velut lucerne lucenti in obscuro loco. Sic ⁊ ipse dominꝰ apostolis dicit: Sint lumbi vestri ꝑcincti: ⁊ lucerne vestre ardētes. Bene autē addidit: Ardētes: ꝓpter virgines fatuas: quibꝰ cū oleum defecit: aduentū sponsi nō potuerūt ꝑstolari. Verbū autē illud cōsubstantiale patri a natura deitatis sue: lucerna nō potest dici: qꝺ illumiat omnē hominē venientē in hunc mundū: sicut ⁊ ipse de se dicit: Ego sum lumē mundi. Nā ista discretio ⁊ in euāgelio facta est: vbi de iohāne dictū est: Ille erat lucerna ardens ⁊ lucēs. Et iterū: Nō eñ erat ille lumē: ꝟ vtiqꝫ missus est vt testimoniū ꝑhiberet de lumine. Sequit. Et lumē semitis meis. In eadem translatiōe ꝑmansit: vt verbū dñi: id est: dicta ꝓphetarū: lumen dicat suis semitis ꝑstitisse. Per ipsas siquidē duꝫ ad vite bone cursum instruimur: clarificati corde directis gressibus ambulamus. Iuraui: ⁊ statui custodire iudicia iusticie tue. Post illā illuminationē verbi quā suis pedibꝰ lucere ꝓfessus est: videamꝰ si populus beatus ꝯtra ꝑceptū potuerit iurare: cum scriptū sit in euāgelio: Nō iurabis neqꝫ ꝑ celum: neqꝫ per terrā: neqꝫ ꝑ hierosolymā: neqꝫ per caput tuū. ⁊c. Sed iurare nō sem̄ꝑ significat sacramēta ꝑstare: in quibꝰ inuocando diuinitatē pollicemur: ne ꝓmissiones nostras mutabiliter excedamꝰ. Sic ⁊ sancta deuotio decreuerat sibi atqꝫ cōstituerat: inter quelibet pericula dñi custodire iudicia. Nam ⁊ ipsum nomē indicat causam. Iurare eñ est iure orare: id est: equitatē dicere: ne velit quispiā quod ꝓmisit: in partē alterā seductus auertere. Sic eñ iurant: id est: firme cōstituūt sancti: qui iam

2. Pe. j; Luc. j2; Ioh. j; Ibidē. 8; Ibdiē. 5; Ioh. j; Matth. 5

ET

sunt dono dñi roborati. In euāgelio vero ꝓhibet dominꝰ infirmos qui venerat ad paruulos sauciosqꝫ saluādos: ne velint temere ꝓmittere: qꝺ nequaqꝫ poterant suis viribꝰ adimplere. Iudicia vero iusticie sūt: cū exaltat humiles: deijcit suꝑbos: ⁊ misericordie sue dono releuat humili satisfactione ꝓstratū: quod sequēs versus ostendit.

Humiliatus sum vsqꝫquaqꝫ domine: viuifica me scḋm verbū tuū. Cū se dicant christi mēbra nimis humiliata: multarū ꝑsecutionū se ostendūt sustinuisse pericula: ⁊ ideo petūt se scḋm ꝓmissiones dñi viuificari: quoniā in morte videbātur cōstituti cōditione carnali. Scḋm verbum tuū: scilicet illā ꝓmissionē que dicit: Venite ad me omnes qui laboratis: ⁊ onerati estis: ⁊ ego vos reficiam. ⁊ his similia. Sciūt etiā ꝑ hanc humilitatē dominū christū diaboli vicisse superbiā: Sciūt per patientiam mortis ipsiꝰ fortia suꝑata: Sciūt omnia ꝑpessum dñm que suis sanctis ꝑcepit sustinere. Et merito hūilitati sue petūt remedia: per que se nouerāt esse saluanda. Per hanc igit fideles supra regna ꝓficiūt: ꝑ hanc suꝑbia tyrānica superat: ꝑ hanc in eternū martyres viuūt. Nec ꝑt dici ꝑfectꝰ: qui hac virtute ꝑuatus est. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: ⁊ iudicia tua doce me. Cum se humiliatū superiꝰ dixerit vsqꝫquaqꝫ: ne illam inclinationeꝫ necessitatis potiꝰ fuisse sentires: addidit: Volūtaria oris sui sacrificia iusto dño fieri posse gratissima: que iter sequientes angustias piꝰ animus offerebat. Laudes eñ vel in ocio dño exhibere gratissimū est: sed in tribulatiōe ampliꝰ ꝓbat eximiū: quādo infirmitas corporis dolore ꝑssa nō vincit: sed tunc magis anima felix in dñi laudibꝰ excitatur. Oris aūt voluntaria sacrificia: sūt deuotionē laudis offerre: nō alicuiꝰ mundane vtilitatis respectu: sed ꝓprie deuotionis intuitu: vt ipsum ꝓpter se dominū diligamꝰ: veneremur auctorem: qui pluit suꝑ iustos ⁊ iniustos: qui inestimabiliter bonꝰ est. Petit ergo vt eius deuotio dño reddat accepta: quatenꝰ hac oblatione placatꝰ: iudicia sua eū doceat ꝗ fidelibus dignat mentibꝰ aperire. Sed cōsideremꝰ gloriosuꝫ cordis ardorē: vt illa sp

auide petat: que se sepius accepisse cōmemorat: sicut in nona littera dicit: Bonitatē fecisti cū seruo tuo. Et iterū: Bonitatē et disciplinā et scientiā doce me: quod p hunc modū vtraqꝫ pbanſ intelligi. Jugiter eñ sperandū est: vbi petēdo semp acquiritur.

Anima mea in manib⁹ tuis semper: et legem tuā nō sum oblit⁹. Cū animā iusti latrocinātiū psequereſ iniquitas: cūcqꝫ vellēt diuersis laqueis irretire: sapientissime illam in manib⁹ dñi dicit collatā: vbi nulla nocentiū vis possit accedere: sicut legiſ: Justoꝝ anime in manu dei sūt: et nō tanget illos tormētū. Et in euāgelio: Oues mee vocē meam audiunt. Et paulo post: Nō rapit eas quisquā de manu mea. Addidit: Semp: vt nullū tēp⁹ dolosis surreptionib⁹ relinquere videreſ. Quod autē dicit: In manib⁹: significat in potestate: qꝛ nouit salutariter regere: qui se ei⁹ pbanſ cōmisisse sentētie. Sequiſ cur anima ipsi⁹ credaſ in manib⁹ dñi cōstituta: scꝫ quoniā legē ipsi⁹ nō doceſ oblitus. Sic eñ sub defensione ipsi⁹ sumus: dū a pceptis salutaribus mime deuiam⁹. Hoc vbiqꝫ semp pcipitur: hoc specialiter cōmonemur: vt sic redeamus ad legem: ne discedamus a lege.

Posuerūt peccatores laqueos mihi et a mandatis tuis nō erraui. Posuerūt: significat tetenderūt atqꝫ armauerſ. Nō eñ tñ poni poterāt ociosi. Neqꝫ eñ laque⁹ capit auē qui nō habet escā: sed illud efficaci⁹ decipit: qđ aliqua oblectatōe blandiſ. Fuit eñ laque⁹ diaboli armatus triginta argēteis: cū iudā cepit atqꝫ in iteritū suffocauit. Ipse saulē vinxit zelo superbie. Ipse cayn in liuore fratris astrinxit. et his silia: q in hui⁹ seculi lōgissima vita diabolica iugiter grassanſ insania. In hac eñ mūdi silua: tot laqos iuenis: quot vitia cōtueris. Sed collegio isti sctō nihil terrenuꝫ pualere potuit: q se celesti cōuersatiōe tractauit: sicut in alio psalmo dicit: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū: laque⁹ cōtritus est: et nos liberati sumus. Sequiſ antidotū celeste: qđ ptra isti⁹ seculi cognosciſ venena pugnare: scꝫ qm̄ a mādatis dñi minime declinauit. Ab illis eniꝫ qui nō declinat vlla deceptiōe nō capitur: qꝛ iuxta ipsa nō in ipsis insidie sūt.

Hereditate acquisiui testimonia tua in eternū: quia exultatio cordis mei sunt. Multis quidē modis acqri diciſ lucratiua possessio: sed ille honorabilis habetur filius: qui successione paterna gloriaſ. Hoc eñ legitimū nomē est: hoc sūme caritatis indiciū: et iudicia senioꝝ suscipere: et de firmissima possessiōe gaudere. Testimonia eñ sunt dñi pcepta sanctissima: q moyses populo in deuteronomij libro sub testificatione cōmemorat dicēs: Testor vobis hodie celū et terrā. Et alibi: Estote mihi testes: et ego vobis testis dicit dñs. Sic et apostolus: Testificor corā deo et christo iesu: et angelis ei⁹. Quapropter hec sunt testimonia q se hereditate plus beat⁹ in eternū acquisisse gaudebat: scꝫ qm̄ talis hereditas in eternū capitur: nō ad breuitatē tēporis itroiſ. Sequiſ. Quia exultatio cordis mei sunt. Merito exultationē sui cordis dicebat: hereditatē regni celestis eternis tēporib⁹ acqsitā. Ipse eñ mereſ ad eā puenire: qui pbaſ de tali acqsitiōe gaudere.

Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas in eternū: ppter retributionē. Audiuerat cohors ista sanctissima quā meditatio frequēs iugiſ instruebat: Discite a me: qꝛ mitis sū et hūilis corde: et necesse fuit vt cor suū ad faciēdas iustificatiōes dñi modis omnib⁹ inclinaret: q tali magisterio instructa: vitaliſ superba mūdi fastigia respuebat. Justificatōes est quippe facere: mādata dñi hūiliatis sensibus opari: vt esuriēti panē frangas: nudū vestias: cōdoleas calamitatib⁹ alienis. et cetera q hūano generi creatoris pietas cōmēdare dignata est. Sed cōsiderandū est qđ dicit: In eternū: dū oīa q supra dixim⁹: tādiu fieri possunt: qdiu hui⁹ mūdi calamitatib⁹ idigētiaqꝫ vexamur. Quis eñ in futuro misereaſ afflicto: cū in illo regno nulla pbeſ esse miseria? Sed qui hic ista facit studio caritatis: in eternū illa facere cōprobatur: qꝛ fructū earū rerū p eternitate recipiet. Addidit: Propter retributionē: scꝫ illā quaꝫ audituri sunt sancti: Venite bñdicti patris mei: pcipite regnū qđ vobis paratū est ab initio mūdi. etc. Magna retributio: que tñ de dñi largitate pueniet: incolā fieri regni ppetui: cōsortē bonoꝝ angeloꝝ:

Deut. 30
j. Timoth. 5
Matth. 11
Matth. 25

patriã suscipe q̃ sp delectet: nec vlla pegrinatione deserat: erũtq; in illa ↄtẽplatione desixi: vt illũ iugiter appetãt: de quo semp exultant. Samech.

Iniquos odio habui: ꝛ legẽ tuam dilexi. Ad quintãdecimã litterã: catholicũ venit examen: in quo dicit: Iniq̃s: id est: aduersarios legis odio sibi fuisse. Legẽ xo dñi se dilexisse cõmemorat: ꝛ petit vt ab ei⁹ pietate suscept⁹ mala seculi possit euadere: postulãs etiam carnẽ suã timore dñico debere sbdi: ne possit in diuino iudicio de ei⁹ p̃uaricatione dãnari. Hic etiã q̃stio illa caput erigit: cur populus fidelis ↄtra euãgelica videt aliqd ꝓnunciasse mandata. Dicit em̃: Iniq̃s odio habui: dũ p̃ceptũ sit: Orate ꝓ inimicis vestris: bñfacite his qui vos oderũt. Sʒ si tẽpora ↄsideres: oĩa sibi ꝯcordare cognosces. Qñ em̃ p̃cipit: Amate inimicos vr̃os: aduersitatis feruor ꝛ calor iniurię tẽperat: vt malũ ꝓ malo mĩme reddere videamur: vt patiẽtes simus ad oẽs cõtumelias: sicut et ipse qui cõsputa ꝑtulit: ꝛ flagella suscepit. Qñ vero martyrij tẽpus occurrit: iniquos suasores odio habere p̃cipimur: cũ ꝛ ipsos q̃; filios ꝛ parẽtes si aduersi sint/ alienata debem⁹ voluntate ↄtemnere. Sępe em̃ q̃s flãma nõ terruit: q̃s ferrũ nõ subdidit: necessitudinũ blãdimẽta flexerũt. Et iõ dictũ est: Si quis venit ad me: ꝛ nõ oderit pr̃em suũ: ꝛ matrẽ suã: ꝛ vxorẽ: ꝛ filios: ꝛ fratres: ꝛ sorores: adhuc etiã ꝛ animã suã: non põt esse me⁹ discipulus. Cõtra deũ q̃ppe ꝑsona nulla debet recipi: sed ipsi⁹ dilectiõe p̃posita: decet necessitudines tunc amari: cũ eis nulla fidei repugnat aduersitas. Quapropter habita tẽporis rõne: vtraq; nobis poterũt absoluta veritate ↄstare. Scriptũ est em̃: Tẽpus amplectendi: ꝛ tẽpus lõge fieri ab amplexu. ꝛ post multa: Omni rei tẽp⁹. Scire aũt debem⁹ in hoc versu argumẽtũ illud esse qδ dicit in topicis ex cõtrario: qñ sententiã nostrã ex reb⁹ diuersis vna ꝓpositione ↄcludim⁹. Adiutor† meus et susceptor me⁹ es tu: ꝛ in verbũ tuum† speraui. Adiutor: ꝑtinet ad implenda mãdata: qm̃ sine ei⁹ adiutorio: nec ichoare quicq; boni possumus: nec implere p̃ualemus. Susceptor autẽ noster fact⁹ est ꝑ

sanctę incarnatõis arcanũ: qua p̃stante suscepit hoiem: ne pcti lege possit fundit⁹ interire. Deniq; istã susceptionẽʒ: vide q̃d sequit: Et in verbũ tuũ speraui: id est: in deitatis tuę p̃sidiũ: sũmũ meũ desideriũ collocaui: vbi sperari licet: ꝛ spes firmissime constituta nõ decipit: sicut legit: Quis sperauit in dño/ ꝛ cõfusus est? Et iterũ: Sperantes aũt in dño miscdia circũdabit. Sperat ergo redemptorẽ gentiũ venire q̃ mũdi maculas possit abstergere: qui viuificet mortuos: sanet ęgrotos: ꝛ qδ ligatũ fuerat lege pcti: possit morte ipsa moriẽte dissolui. Sic in vno versiculo toti⁹ religionis nostrę cõclusa ꝑfectio ẽ. Declinate a me maligni: ꝛ scrutabor mãdata dei mei. Sicut heretici cupiẽtes tñ cognoscere veritatẽ in mãdatis dñi: nos ꝓficue frequẽter exercent: ita ad ꝑscrutãdas sacras lectiões obstinati ꝑstrepere nobis atq; ĩpedire noscunt. Hos declinandos esse ꝓnũciat: q̃ insensatis ↄtentionib⁹ scripturas dñi lacerare ↄtendũt. Quid em̃ illic hũanus sermo ꝓficiat: vbi talia sũt vota ne credat? Quib⁹ alio loco dicit: Discedite a me oẽs qui operamini iniq̃tatẽ. Remediũ ẽ em̃ quẽ ↄuerti velle nõ viderĩ: vitare si possis. Ipis em̃ p̃sentib⁹ dũ ↄtentiosa sp malignitate cõfligunt: dũ calũnias exquisita vanitate cõcipiũt: ad scrutãda mandata dñi idonei nõ possum⁹ inueniri: vbi totis debem⁹ animi virib⁹ occupari. Suscipe me scd̃m eloquiũ tuũ ꝛ viuã: ꝛ† ne ↄfundas me ab expectatiõe mea. Perfidis effugatis: ꝛ malorũ hominũ cõuersatione purgatus: a dño se petit suscipi: vt possit eius verbi ꝓmissione saluari. Esset em̃ fortasse temerariũ dño dicere: Suscipe me: nisi adiungeret ꝓmissionẽ quę nescit aliq̃ñ decipere. Sed cũ dicit: Viuã: futuꝝ tẽpus ostẽdit. Hic em̃ vere nõ viuit: vbi carnis fragilitate peccat. Expectatio quoq; ipsi⁹ erat: vt misericordiã christi deuotissim⁹ inueniret: quã spem in iudicio vẽturo se postulat adipisci: ne ↄfusione deceptus: a sua possit expectatiõe fraudari. Sed cũ dicit: Ab expectatiõe mea: nullũ tẽpus ponit q̃ expectare nõ debeat. Res em̃ ista in pectoribus sancti nõ habet finẽ: nisi cũ pollicitatio superna ꝓuenerit. Sic em̃ ꝛ alibi dicit: Expc

Matth.5 · Luce.14 · Eccles.3 · Top · Ar.nõ b3 · Ar.sup/ speraui · Eccl.2 · Ps.[illegible] · Ps.[illegible] · Ar.[illegible] · Ps.

ctans expectaui dñm: ⁊ respexit me. Beata ꝗ̃ expectatio: vbi est certa ꝓmissio. Cur em̄ defectū spes fidelis sustinere possit: cū is q̄ ꝓmittit nesciat imutari? Expectatio itaq̧ sanctoꝝ ē celoꝝ regna: angeloꝝ ꝯsortia ꝓmereri: ⁊ qđ supra totū est ipsum iugit̄ videre: q̄ in beatoꝝ solet semꝑ corde dulcescere. **Adiuua me ⁊ saluꝰ ero: ⁊ meditabor in tuis iustificationibꝰ sꝑ.** Quis verba ista sepe videant̄ esse repetita: magna nobis tñ assiduitatis istiꝰ sacramenta declarant̄. Hoc em̄ ad amplissimū desideriū mētis debet aptari: qđ nulla inde poterat intermissiōe suspendi: q₂ q̄uis accipiamꝰ a dño: sꝑ rogandus est: vt iugit̄ donet ne collata beneficia possint a nobis fidei tēpore discedere. Nō em̄ repetitū verbū ociose debemꝰ accipe: ne videamur incaute qđ scire nos expedit omisisse. Addidit: Et meditabor in tuis iustificationibꝰ semꝑ. Causā reddit obsequij ne post susceptā salutē collato muneri videret̄ ingratꝰ. Sed cū ꝓmittit meditari iustificatiōes sꝑ: salutē suā iugit̄ desiderat cōtineri. Sic em̄ faciēdo: locus tollit̄ absolute diabolo. Iustificatiōes em̄ duplici mō possumus accipere: siue istas quas hic quotidie in pctōꝝ nostroꝝ ꝯfessione pagimꝰ: vt est illud euāgelij: cū publicanꝰ peccata sua ꝯfitēs de tēplo iustificatꝰ exiuit. Decet em̄ q̄diu in isto seculo sumꝰ ⁊ a pctis liberi eē nō possumꝰ: in ista nos semꝑ iustificatione ꝓsternere. Sed q₂ sequit̄: Semꝑ: qđ supra omne tempus esse dinoscit̄: ne nō tibi videat̄ isti seculo conuenire: sed aliq̄d te delectet de illa eternitate cōcipere. Meditant̄ sancti iustificatiōes dñi semꝑ: q̄n angeloꝝ choris sua desideria sociabūt: q̄n laudes dñi ꝑenni exultatiōe cantabūt: q̄n sicut dicit apl's: corruptibile h̄ induerit incorruptionē: ⁊ mortale hoc induerit imortalitatē. **Spreuisti omnes discedētes a iustificatiōibꝰ tuis: q₂ iniusta cogitatio eorum est.** Declaratū est: cur assumebat̄ iustificationū dñi frequēs assiduaq̧ meditatio. Merito em̄ timorē mouebat talis sentētia secutura: q̄m spernunt̄ a dño qui ab eiꝰ iustificatiōe discedūt. Nā cū sit iustificatio peccatoꝝ mentis pura cōfessio: merito suꝑbi spernūtur a dño: qui tali se remedio sanare despiciūt. Iniusta quippe est eoꝝ cogitatio: ⁊ velle peccare: ⁊ iustissimo iudici nolle satisfacere. Merito ergo tales ab absolutiōis gratia submouent̄: qui totiēs cōmoniti hic pio domino supplicari tēpserūt.

Luc.18

1 Cor.15

Preuaricātes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Hec sentētia nisi diligētius ꝑquirat̄: apostolo videt̄ esse cōtraria. Ille em̄ dicit: Qui sine lege peccauerūt: sine lege ꝑibunt: hic aūt oēs peccatores terre: p̄uaricatores esse testat̄. Nā quō potest aliquis esse sine lege: si oēs p̄uaricatores esse credēdi sunt? Preuaricari em̄ nō est: nisi legē transgredi cōstitutā. Sed vtrūq̧ veruꝫ est: q̄m ab vno veritatꝭ fonte descēdit. Sine lege peribūt: de illa tantū cōstitutiōe dicit apl's: que tabulis lapideis in monte syna digito dñi ꝓbatur ascripta. Nam ⁊ alie leges sunt: ꝑ quas populi diuine sententie subiacebunt: vt est illa p̄uaricatio ade: de q̄ nisi christi beneficio liberet̄ hūanū genꝰ cōstat esse iudicādū. Cōstringunt̄ etiā gentes ⁊ ꝑ naturalē legē: ne faciāt alteri qđ nolunt fieri sibi. Unde idem dicit apostolus: Gētes que legem non habent: naturaliter que legis sunt faciunt. Uides ergo merito hic dictū preuaricatores omnes esse q̄ potuerūt aliquo errore delinquere. Nam siue transgresse primū legis: siue que ꝑ moysen data est: omnis p̄uaricator reddit̄: q̄m ab his nullus terrigena ꝓbatur exceptus. Cōsequēs autē erat: vt enixius diligeret testimonia domini: qui p̄uaricatorum nomine visus est omnes addicere peccatores. Per ipsa em̄ testimonia credebat sibi venire posse remediū: ꝑ que ad christi gratiaꝫ desiderio festināte tendebat. Nam cū lex nos addicat: sola gratia est absolute que liberat: ipsa que cōpeditos soluit: ipsa que de seruis filios facit. **Cōfige timore tuo carnes meas: a iudicijs em̄ tuis timui.** Sciēs cōgregatio spiritualiū viuoꝝ vñ hūano generi p̄uaricatio legꝭ supradicta ꝓuenerat: tā̄q̄ seuissimū latronē ⁊ indomabilem ferā carnē suā: nō solū religandā ꝟ etiā ꝯfigendā: noua atq̧ insitata supplicatiōe depcat̄. Carnis em̄ vitia sūt frena delicta: q̄ nos legē trāsgredi faciūt mādatoꝝ: dū a ꝓposito ꝟitatꝭ abducūt. Quā merito

Ro.2

Ibidē.

deprecatur timore dñi debere cõfigi: ne ab eo possit noxia libertate dissolui. Sic vno verbo significatũ est: quẽadmodũ caro tractari debeat christiãi. Et qua pietate contra corpus suũ nimie ac violẽter oraret: exposuit: Timore scz futuri iudicij: vt h mortificatũ: ibi reddatur eternũ. Hic tẽporaliter mestũ: illic esset sub perpetuitate letissimũ. Et illud inspice qd dicit: Timore tuo: casto scz atqz perfecto: qui nõ tñ habet ante oculos formidinẽ vindicte: sed vehemẽter metuit amissionẽ gratie: in qua fidelis viuit: p quã omnis reficitur christian⁹. Sed videam⁹ q̃ claui sunt: q̃ nos in illa dñi crucifixione cõfigũt. Caritas vtiqz que nos facit ⁊ tormẽta nostra negligere: ⁊ mortis ipsi⁹ pericula plus amare. Felix qui clauo isto cõfigitur: qui tali vulnere sauciatur. Ipso clauo trãsfix⁹ est qui dicebat: Mihi viuere christ⁹ est: ⁊ mori lucrũ. Ipsa cõpunctiõe forat⁹ est qui orabat: Nunc dimitte seruũ tuũ in pace: quia viderũt oculi mei salutare tuũ. Ad postremũ in cãticis canticorum ecclesia cõfitetur: Uulnerata caritate ego sũ. Configi ergo se timore dñi scũs populus deprecatur: vt moriẽdo viuat: qui prius viuẽdo moriebatur. Ain.

Phil. j

Luce. 2

Fеci iudiciũ ⁊ iusticiã: nõ tradas me †persequẽtibus me. Ad sextãdecimã litterã: in eternũ mẽbra dñi viuẽtia puenerũt: in qua vna voce petunt sacre incarnatiõis aduentuz tẽpus esse: dicẽtia: vt ad destruendos supbos diuina potẽtia potuisset ostẽdi. Intẽdamus itaqz verba que dicta sũt: vt arrogãtiã sanctis odiosam nulla possit cogitare puersitas. Facit iudiciũ: q̃squis iudicat contra se: ⁊ prauitates suas añ examẽ dñi iusta execratione cõdemnat. Sed ne hoc iudiciũ adulatoriũ magis putares esse q̃ verũ: addidit: Et iusticiã: qm̃ p iusticiã nos iudicam⁹: qñ delictorum nostrorum vindices sum⁹. Ipsa est ergo equitas q̃ nos absoluit a pena: ipa que liberat a reatu: si nosmetipsos cognoscim⁹ scelerib⁹ inuolutos. Et qm̃ pacta fuerat deuote satisfactionis integritas: petit mõ ne tradatur pctõrib⁹: qr peccata dãnauit. Hoc ẽ em̃ qd supi⁹ postulauit: Infige timore tuo carnes meas: vt res noxia aie iudicio subderetur: ⁊ seruiret poti⁹ affixa: que lasciuire poterat effrenata. Persequẽtes vero sunt

Al. calũniãtibus

diabol⁹ cũ ministris: q̃ nos indefecta malicia persequũtur: ⁊ traditos sibi crudeli laceratiõe discerpũt. Meminim⁹ em̃ que ptulerit Job ille sanctissim⁹: quãtis cladib⁹ patiẽter subiacuit: qr illis se traditũ esse cognouit. Scim⁹ etiã quãta ioseph passus fuerit: vel susanna: dũ traditi fuerãt in manibus impiorum. Hinc etiã quotidie rogamus admoniti: Ne inducas nos in tẽptationẽ. Traduntur q̃ peccatores: vt digna cõmissis flagella patiantur: sicut aplus de impijs dic: Tradidit eos de⁹ in reprobũ sensũ: vt faciant que nõ cõueniũt. Et alibi de pctõribus ait: Quos tradidi sathane: vt discant non blasphemare. Petit ergo pplus sanct⁹: ne tradatur psequẽtib⁹ se: quib⁹ ideo spũs irascebantur immũdi: qr videbant ab eis suas immissiões instigatiõesqz dãnari. Hoc est odiũ qd christi meretur affectũ. Ab illo enim amari nõ põt quis: nisi ab ei⁹ inimicissimis horreatur. Suscipe seruũ tuũ in bonũ: nõ calũnient †mihi superbi. Suscipe: diabolico brachio impulsus videtur dixisse ne corruat. Dñi em̃ misericordia suscipimur: qñ pctõrum nostrorum cõpulsione pcutimur. Apte em̃ dictũ est dño in bonũ: suscipe: qr in malũ se aduersã partẽ nouerat impulisse. Seru⁹ aũt: liberationis iudiciũ est. Seru⁹ em̃: a seruãdo dicitur: qd eũ captũ ab imminẽti interitu dñi sui manus miserata seruauerit. Sic ⁊ iste merito se seruũ dicit: qui fuerat ab anime deceptione liberatus. Quapropter hic: seru⁹: ⁊ liberationis pfessio cognoscitur ⁊ honoris. Illi⁹ em̃ nõ est seruus: nisi qui sanctorum fuerit cetibus aggregatus. Calũniantur aũt supbi: qñ hereticas cõtentões violento pondere falsitatis obijciunt: vt merito se a dño depcatus fuerit suscipi: ne eorum potuisset altercatione psterni. Siue hoc magis de spiritib⁹ immũdis melius dicitur: qui nobis improbe calumniantur: ⁊ cũ ipsi sint maxime nostrorũ criminum rei: nolunt nos cõcessa venia liberari. Nam cũ ipsi decipiãt: ipsi nos semp accusant. Sed quid mirũ: si peccatoribus calũnietur qui christo domino dicere tẽptauit: Omnia hec tibi dabo si pcidẽs adoraueris me? Et illud: Ponam sedẽ meã ad aquilonem: ⁊ ero similis altissimo. Merito ergo dicitur calũniator: qui duz faciat crudelias

Matth

Ro. j

j. Timo

Al. me

E

kij

Mat

Esa

pios semp accusat. De ipso em̄ ꝛ alio loco scriptura dicit: Et humiliabit calūniatorē: ꝛ pmanebit cū sole. Iustissime itaqꝫ petit: ne humilis tradat supbo: ne simplex calūnioso: ne deuot⁹ ingrato: quoniā supra ipsos magis atrociter seuiūt: quos mīme seducere valuerūt. **Oculi mei defecerunt in salutare tuū: ꝛ in eloquium iusticie tue.** Mouere aliquos solet: cur plurali numero posuerit: oculos: cū vn⁹ sit cordis aspectus: nec pōt hoc ad istos oculos carnales referri: qui in illa lōginquitate tēporis nihil tale potuerāt intueri? Sed quoniā cohors sancta loquit: quā esse constat ecclesiā: merito pluraliter dixit: Oculi mei: sicut ꝛ alibi de ipsa legit: Oculi tui sicut colūbe sup abundantiā aquarū. Et alibi: Oculi tui sicut colūbe extra taciturnitatē tuā. Istos ergo dicit oculos in salutare dñi defecisse: ꝑpter sanctū incarnatōis aduentuꝫ: quē tanto desiderio sustinebat: vt nullā requiē potuisset admittere. Vñ merito defecit: qꝛ nullū tēpus vacationis accepit. Salutare em̄: significat dominū saluatorē: de quo scriptū est: Saluū fac populum tuū dñe: ꝛ benedic hereditatē tuā. Sequit. Et in eloquiū iusticie tue: id est: euangelica verba: que dictur⁹ erat populo credituro. **Fac cū seruo tuo scdm misericordiā tuam: ꝛ iustificationes tuas doce me.** In assiduis pcibus pseuerat: qꝛ petendi nūquā debet esse fastidiuꝫ: vbi largitas donatoris nō potest habere defectū. Infinita petijt: qui sibi bona fieri secundū misericordiā dñi postulauit. Nā sicut illa eterna est: sic ei⁹ munera ꝓbant esse ppetua. Bene addidit: Seruo tuo: quia statim corruit qui alteri⁹ esse voluerit. Iustificatiōes vero more suo ipas semp petit: quas iam deuot⁹ accepit. Hanc em̄ assiduitatē ꝛ oratio dñica designat: que dic: Panem nostruꝫ quotidianū da nobis hodie. Iustū est em̄ vt iugiter roget: qui si nō petatur offendit. Et respice res iste quali verborū ꝓprietate distincte sunt. Misericordiam supra se fieri petijt: iustificatiōes auteꝫ doceri se suppliciter postulauit. **Seru⁹ tuus sum ego: da mihi intellectum vt sciā testimonia tua.** Quis vniuersa que expediūt: cōtinuis pcibus sunt a domino postulāda: maxime tñ diuinarū scripturarū intellect⁹ iugiter petēdus est: qui quāto plus pcipitur: tanto suauior sanctis mētibus inuenit. Sed qꝛ nouit omnipotētem dñm subiectis suis esse largissimū: dicit: Seruus tu⁹ sum da mihi intellectū: qui solit⁹ es donare que iuste ac fiducialit petetis. Nā cū obnoxia se cūcta cognoscant: magni tamē meriti est ipsi⁹ famulū nūcupari. Seru⁹ quippe ipsi⁹ veraciter nequaqꝫ dici potest: nisi qui ei⁹ famulatur arbitrio. Et vide quid dicat: Vt sciā: id est: vt accepta retineā. Scire em̄ illud est: qd in noticiam nostrā manifeste veniēs nulla obliuione delet. **Tēpus faciendi domine: dissipauerūt †iniqui legē tuam.** Preuidens populus deuot⁹ tēporib⁹ antiochi a plebe iudaica legē domini culturis demonū polluēdā: velut ad medicū clamat egrotus tēpus esse subueniēdi: ne morbis ingrauantib⁹ salus populi potuisset absumi. Dicit em̄: Tēpus est faciēdi: nō differendi qd expedit. Iusserat em̄ p legē ꝛ ꝓphetas: vt verus dñs reuerētissima deuotione coleretur. Sed qm̄ hoc in suā perniciē cōtempsit obstinatio iudeorū: clamat popul⁹ fidelis: Tēp⁹ faciēdi: id est: vt mūdo salutaris appareas: peccata dissoluas: mortē vincas: ipsumqꝫ diabolū cū sua cohorte ꝓsternas. Hoc est em̄ dñi facere: ꝑdictis tēporib⁹ aduenire. Unde ꝛ p ꝓphetā dictū est: Tēpore accepto exaudiui te: ꝛ in die salutis adiuui te. Et apostol⁹: Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Omnia em̄ que domin⁹ facit: aptissima dispositione cōplētur: vt ante fieri nō debeant: nisi quādo ille miserat⁹ indulserit. Hinc est quod nobis semp expedit habere patientiā: expectare que iussa sunt: rogare que ꝓsūt. Tempus aūt faciendi nouit ille qui rector est. Addidit causā cur debeat facere que rogatur: qꝛ iudei legeꝫ dissipauerūt: quā ille eos inuiolabilit custodire ꝑceperat. Dissipare eniꝫ est legē aliter viuere: qꝫ ipsi⁹ ꝑcepta monuerunt: ꝛ hoc magis facere: qd illa cognoscitur sub omni execratione dānasse. Hoc argumentū rhetores inter violentissima ꝑcepta posuerūt: quādo vt pces audiant: adiuuat tempus aptissimū. **Ideo dilexi mandata tua: super aurum et to-**

Margin: Dñi; Lu. ij; Al. nō hꝫ; Esa. 49; 2. Cor. 6; ℞; RHE

ipm i sacerdotio suo sub qdā imaginatiōe gestabat. Freqnt̄ em̄ noīa d̄ ipo trāslatiua dicim⁹: sic salomō: dauid: samson: ita ꝛ hic aaron. Adiecit: Qd̄ descēdit in orā vestimēti ei⁹. Ora vestimenti: dn̄i saluatoris significat eccl̄ia: qꝛ vsq₃ ad extremitates ei⁹ descēdit spūsſctūs: qn̄ baptizatos vsq₃ in finē scl̄i misericordie sue dignatiōe sctificat. Ipsa est em̄ eccl̄ia q̄ ꝛ p tunicā illā desigrata ē: q̄ diuidi nō potuit tpe passiōis. De hac igit̄ veste p̄res nr̄i spūaliter ꝛ copiosa dixerūt. Nā iosephus in libro tertio antiqtatū titulo octauo: magnaꝝ reꝝ exinde sacramēta patefecit: pbās qttuor colores eaꝝ: id est: byssuȝ: purpurā hyacinthū ꝛ coccū: elemēta mūdi rōnabiliter indicasse. Hieronym⁹ etiā ad fabiolā scribēs: ꝛ de hac q₃ re nō destitit eē pficuus. **Sicut ros hermon† qd̄ descendit in montē syon.** Uenit ad aliā laudis cōpatiōnē: q̄ iteꝝ sic solet: significatiōe noim: ingētia nob arcana patefecit. Ros: est tenuis ac leuis pluuia: nō p guttas veniēs: s₃ p qsdā minutissimas ptes: duriciā terrene ariditat̄ infundēs. Per hūc cūcta germinātia coalescūt: ꝛ in varios fet⁹ tēperatōis mūere pducūt̄. Hermon hebreū nomē est mōtis vltra iordanē fluuiū ꝯstituti: cui⁹ interp̄tatio: sic a p̄rib⁹ traditū ē: significat anathema. Ros q̄ mōt̄ isti⁹ nutriēs pctōres: q̄ sub anathematis execratiōe iacuerūt: descēdit in mōtem syon: qn̄ ad ꝯūsionis remediū dn̄o largiēte puenerint. Syō em̄ significat eccl̄iaȝ catholicā: q̄ recipit gētes q̄ erāt s₃ anathemat̄ piculo ꝯstitute. Queras forsitan q̄re dixerit: Qd̄ descēdit: dū maḡ dicē potuisset ascēdit: qm̄ ad meliora trāslat⁹ est. Sed vsus iste cōis est dicere de his q̄ ad cognitionē aliquā trahēdo veniūt: Descēdit ad ꝟitatē: descendit ad iusticiam: vtiq₃ q̄si de culmine illo supbie pueniūt ad planā lucidamq₃ rōnem. Hoc est em̄ ros de hermon ad mōtem syon descēdere: gētes de impietatis sede: ad btitudinis amena transire. Hoc est qd̄ ꝛ ꝟsus p̄mus edixerat: Ecce q₃ bonū ꝛ q₃ iocundū habitare f̄res in vnum.

Qm̄ illic mādauit dn̄s bn̄dictionē: ꝛ vitā vsq₃ i seculū. Illic: in mōte sc₃ syon: id est: eccl̄ie q̄ fratꝝ adunatiōe cōsistit: Mādauit bn̄dictionē: h̄ est: misit dominū saluatorē: q̄ credētib₃ vita est: ꝛ beatitudo ppetua. Ueꝝ h̄ mōtis nomē sepe diximus celestē illā hierl̄m significare: cuius ꝛ hec terrena portat imaginē. Ipsa est em̄ q̄ vitā ꝯtinet sine fine: q̄ gaudiū sine intermissiōe: ꝛ qd̄ om̄e genus felicitatis excedit a suo beneficio regit̄ ꝛ possidetur auctore. Dicēdo em̄: Illic: vbi cōcordia significata est ostēdit̄: qꝛ discordib⁹ bn̄dictio nulla p̄stat̄. Uides ꝯgregatio illa qb⁹ silitudinib⁹ ꝛ qnta admiratiōe laudata sit: vt nl̄ls dubitet ingēs eē donū: qn̄ ab ipo laudat̄ q̄ datur⁹ est p̄miū. Cōsiderādū est etiā: queadmodū vno sensu: vna cōplexione psalmus iste cucurrerit. Qd̄ schema dicit̄ hyrmos: qn̄ series orōnis tenorē suū vsq₃ ad vltimū fuat: vbi nec psona alia: nec causa mutat̄: quā iam ꝛ i cētesimo sextodecimo psalmo pp̄t īdiuisibilē textū posuisse dinoscimur.

Conclusio psalmi.

Ostēsa nobis ē vnitat̄ vtilitas: declaratū qd fratn̄⁹ p̄stare possit affect⁹. Diligamus fratrē tamq₃ nos: amem⁹ dn̄m supra nos: vt ista dilectio pximoꝝ ad illā nos pducat dn̄i pfectissimā caritatē. Nā qd iocūdi⁹ esse pōt: q₃ hic imitari qd̄ in illa beata patria summo mūere ꝯstat attribui: Ferātur h̄ qui ibi nimis amādi sūt. Hoc monasterijs: hoc ecclesijs: hoc ciuitatib⁹: hoc villis: hoc heremitis esse p̄dicatū. Nullus em̄ ab ista fraternitate diuidit̄ qui affectū sctē religionis habere monstrat̄. Sed nec illud indiscussum relinquēdū est: qd̄ hic p̄mo caritas ponit̄ fratrū: ꝛ post seqtur diuina dilectio: dū i mādato p̄mū locū teneat: Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ꝛ ex tota aīa tua. Et p⁹ seqt̄: Et pximū tuū sicut teipm. Habet hoc cōsuetudo docētiū: vt pro explicāda vtilitate causaꝝ aptissime ꝯuertatur ordo dictoꝝ. Dignū em̄ fuit quoniā in his psalmis semp ascēsus est: vt ad summū post cūcta poneret̄: qd̄ rebus omnibus p̄stanti⁹ esse declaratur.

Explicit expositio in psalmū. CXXXII
Incipit expositio in psalmū CXXXIII

Canticum graduū.

Respiciamus oculo cordis intēto: queadmodū vestigia sūma virtutū trāsmissis gradibus ppha cōscēderit. Illi em̄ btē fratnitati quā in vnū dixerat ꝯgregandā:

nunc qđ supest salubriter psuadet: vt felix adunatio in laudes domini flagrātissimo caritatis studio cōcitet: quaten⁹ fideles viros pfecta opatio consequat: ꝛ hic imitent suauitatē que i illa patria i sctis credit mētibus esse mãsura. Dignū est eñ vt bñdictio illi psoluat: ad quem sūmo studio constat ascēsum. Nūc de ipsius mãdati v̄tute tractādū est: vt itellecta sentētia: vtilitatē nob possit aperire discussa. Preceptū ē eñ. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: ꝛ ex tota aia tua: ꝛ ex tota v̄tute tua: ꝛ primū tuū sicut teipsum. In his eñ duob⁹ p̄ceptis tota lex pēdet ꝛ pphete. Admiranda cōplexio: in vno capite dicere qđ in scriptur sctis possis oibus inuenire. Nā q deum ex toto corde: ex tota aia: ex tota virtute diligit: locū vitijs nō relinqt. Ubi enim intret scel⁹: cū deo tot⁹ occupat⁹ est anim⁹? Diabol⁹ eñ vacãtia desiderat: nudata qrit: s vbi deū psitem reperit: sub magna cōfusione discedit. Ita si deū toto corde diligim⁹ eiusq; nos potestati affectuosa deuotione cōtradim⁹: nec locū culpis dare possum⁹: ꝛ i vijs semp rectissimis ambulam⁹. Uascula ipa cū aliq liquore plena sūt: superueniētiū augmēta nō capiūt: ita nos si diuina caritas totos repleat: nō erit quo crimē introeat. Seqtur. Et primū tuū sic te ipm. Proximū diligim⁹ sicut nos ipos: cū nulli malū facim⁹: s oēs simili vt nosmetipsos affectiōe tractam⁹. Nulli⁹ eñ acquiescit igeniū: aut picula sibi calamitatis optare: aut dolosis insidijs velle cōcludi: sed ita sibi omēs pspici cupiūt: vt nullis aduersitatib⁹ appetant. Hec si in alios cōpari volūtate seruem⁹: si q nob impēdi volumus: frib⁹ similia faciam⁹: oīne delictū: oīne flagitiū: oīne cessat sine dubitatiōe pctm. Talesq; pñs regula reddit: qles nos celest magister esse p̄cepit. Istud mandatū ꝛ bonos angelos fortasse amplectit: q dū nobis qlia ipsi possidēt puenire cupiūt: consortes nos eterne illi⁹ societat acqrunt. Memēto pterea qđ caritat dñice: hic tertius psalmus est: vt ex ipo numero: virt⁹ possit sctē trinitat agnosci. **Diuisio psal.**

Prima pte iuitat ppha ad bñdicendū deū: vbi plurali nūero p̄dictaz plebē cognoscit admonere. Deinde cōuersus ipsum singulariter benedicit: quia sctã vnitas dec⁹ ē ac v̄t⁹ eccle. **Expositio.**

Ecce nūc bñdicite dñm: omnes serui dñi. Qui statis in domo dñi: i atrijs dom⁹ dei nri. In noctib⁹ extollite manus v̄ras in sacta: ꝛ benedicite dominū. Ideo duos v̄sus simul posuimus: qm sibi inuicē mutua cōnexiōe iūgunt: vt nob iplet⁹ sēsus euidēti⁹ appareret. Primū gram⁹ cur ꝛ hic ꝛ i supiore psalmo: Ecce posuerit: scz vt reb⁹ cert atq; pfectis: nō solū fmo: s etiã articular p̄staret ostēsio. Nūc aūt dictū est: qꝛ tot gdib⁹ ascēsis ille solus laudari debuit: q tãta cōcessit. Primū eni fuit qđ pficiēter ascēderat. Deinde qđ sup hūc ascēsum aliū nō habebat. Tūc eñ maiori studio p̄dicãd⁹ est dñs: quãdo fac sua largitate securos. Siue vt alijs placet: tēp⁹ istud significat mūdale: qñ h exercēdus est anim⁹: vt ibi etnis ac ppetuis laudib⁹ occupet. Benedicite dñm: significat laudate qꝛ nos illū benedicēdo laudamus: ille aūt nos benedicendo sanctificat. Audisti seruū: ꝛ ne aliquid putares abiectū: addidit: Dñi: vt de potentia summi pncipis dignitas cresceret seruiētis. Hoc se noīe paulus honorabilē gētibus fec. Sic eñ epła eius p̄fat: Paulus seru⁹ christi. Et itex: Si hominib⁹ placere vellē: christi seru⁹ nō essem. De moyse q; i alio psalmo: Misit moysen seruū suū. Quapropt istud iã de pfectis pprie dicit: q ꝛ amici sine dubio nūcupant. Seqtur. Qui stat i domo dñi: i atrijs domus dei nri. Seruū qdē pus dixerat ad honorē: s ne incerta corda mortaliū h ad alios traherēt q indeuoti esse noscunt: dum oēs dño creature cōditiōe subiecti sūt: addidit: Qui stat in domo dñi: id est: quorū anim⁹ in dño religiōis firmo vestigio perseuerat. Stare eñ de illis dicit: q a bono pposito facilitat crimine nō labūt: sicut dictū est de diabolo q archangel⁹ fuit: Et in v̄itate nō stetit. Nomiata qdem dom⁹: cōcludit ꝛ atria: qm atriū ingressus est mãsionis. Significat eñ eos: siue q iam in penetralib⁹ sunt eccle: siue q in ingressu eius eē meruerūt. Diuersa eñ loca sb vnitat gra hre cōstat eccłiam. His q; dict aliud gen⁹ firmitatis adiecit: Dei nri. Hoc est nō quē

Mt. 22 — Al. nūc — Al. dño — Ro. j — Gal. j — Joh. 8

gentilitas colit: sed quē vera catholica religio cōfitetur. Addidit: In noctib⁹ extollite man⁹ vestras in scīā: et benedicite dñm. In noctib⁹ mūdi istius significat teterrimū tēps: qđ sp crebrimis tribulationibus obscuratur. In hoc ergo seculo leuādę sunt man⁹: vbi bona operatio dñi meretur auxiliū. Sic moyses quādiu man⁹ tēdebat: amalech audacia supba premebatur: psagans crucē btīssime passionis. Nam qđ digitos extēdebat: decalogū fortasse significat. Qui cū brachia remisisset: inimici supbia desperata surgebat. Et ideo bonis opibus leuādę nob sūt man⁹ ad dominū: vt adūsari⁹ diabol⁹ supna maiestate vincatur. Sed intēde qđ significet: Extollite: id est: vberi⁹ elemosynā facite. Dñs eni nō tātū a nob exigit pia vba: sed facta. Addidit: In scīā: vt eā man⁹ seminet christiani. Nā si illā heretici faciāt aut pagani: manus eorum nō extollunt in scīā: quō ipam solam elemosynā christ⁹ accipit: quā ei⁹ noi fidel christian⁹ obtulerit. In q tamē actu ne qs sibi aliqd arroget: dñm dic esse bene dicēdū: qui ipē donat et animū misericordē et subam largiorē. Sic caritatē dñi et laudibus sacris: et pia docet opatōne cōplendā. His pactis: respice quō dig retributio subsequitur.

Ex. 17

Al. tibi

Benedicat te dñs ex syon: q fecit celū et terram. Explicata cōmonitione q dixit caritatis studio in dñi laudibus et bonis opibus pmanendū: venit ad partē scđam: in q vno vsu pplm benedicit: q in vnitatl cōstātia et dilectione dñi pseuerat. Pri⁹ enī oia pluralit dixit: nūc autem psalmū sb singularitate cōclusit: vt q añ fideles frēs in vnitate collegerat: mō illi populo iā diligēti dñm bñdictōnis mūera pstarent. Quapropt si volum⁹ esse bñdicti: amor nos scīē trinitatl et vnitas btē cōplectatur ecclīe. Et intēde quō cōpetent hūc psalmū pfect⁹ finis amplexus est: vt q vsq ad hierl'm celestē cōscendit: bñdictionē supnā loco remūeratiōis accepit. **Conclusio.**

Libet referre queādmodū vsq ad supnā hierl'm grad⁹ isti puenerint. Primo siqdē gdu: seculi designat horrorē: post quē ad vtutū oim studia festinatur. Secūdo: vtus diuinę defensionis exponitur: cui nihil obuiare posse monstratur. Tertio: magnū gaudiū esse dicitur: in ecclīa dñi pura mēte vsari. Quarto: inter qslibet angustias docet cōstanter de dño psumendū donec miserat⁹ exaudiat. Quinto monet: vt liberati periculis: nō nob aliqd: sed omia dñi vtutib⁹ applicem⁹. Sexto: mōtib⁹ solidissimis cōparatur cōfidētia fidelissimi christiani. In septimo dicitur: quō copiosos fruct⁹ metāt in lachrymis seminantes. Octauo: nihil pmanere dr: qđ volūtate ppria vnusqsq fuerit opat⁹: sed illa tm̄ eē firmissima q auctore dño cōstruūtur. Nono: timore dñi pnunciatur hō btūs fieri: et vniūsa illi pfutura pcedi. Decim⁹: infundit patientiā deuotis: quā p ecclīę vba cōmendat. Undecimo: de pfundis penitēs clamat ad dñm: vt in liberādis hoibus: qnta sit diuinitatl potētia sentiatur. Duodecimo: vtus māsuetudinis et hūilitatis ondit. Tertiodecimo: scīē incarnatiōis pmissio: et dictorum vitas approbatur. Quartodecimo: fribus spūalis adunatio pdicatur: sup qs bñdictio dñi et eterna vita puenire mōstratur. Quintodecimo: in laudibus dñi pfecta illa caritas excitatur: sup quā nihil pōt nec mai⁹ dici: nec gliosius inueniri: sicut apls testatur: De⁹ caritas ē. Quapropt tāti miraculi iugiter cōsideremus arcanū: vt talia sp ispiciētes: mortiferos seculi vitem⁹ errores. Cōtinet siqdē hoc nūer⁹ et illud pterea sacrm̄: vt cū qnq sensus corporei p qs fragilis hūanitas cōbit oē pctm̄: trinitatl fuerit vtute supati: ad qntūdecimū gdaliū psalmorum nos culmē educat: eo q fiat vt corpis imbecillitate sbmota: donentur victorib⁹ pmia sempitna.

j. Ioh. 4

Explicit expositio i psalmū CXXXIII

Incipit expositio i psalmū CXXXIIII

Alleluia.

Post gdaliū pulcherrimā cōstructionē: q vsq ad illā peruenit sūmitatē: q i eternū securos efficit et felices: cōgrue nimis ponitur Alla: vt laudib⁹ dñi sācta pfruatur ecclīa: cui tale munus noscitur esse preparatū. Quapropter sincerl mētib⁹ alacres Alleluia dicere festinem⁹: vt illi scīō pplo p diuinā grām misceamur.

Diuisio.

Per totū psalmū ppheta loqtur. Primo ingressu ppter nois ei⁹ potentiā: laudes dño dic eē soluēdas: quia fecit q voluit in celo et in terra: magnalia ipsi⁹ diūsa cōmemorās. Scđo: quō vitatis pfecta laus est destruere

falsitatē: idoloꝝ cultores sb irrisiōe redarguit. Tertio diuīsos ordines admonet: vt dn̄m laudare nō desināt. Sic gen⁹ demonstratiuū: i vtraq; pte mirabili executiōe cōplet.

Laudate nomē dn̄i: laudate fui dominū. Expositio. Qui statis i domo dn̄i: in atrijs dom⁹ dei nr̄i. Post p̄teritos: sic dictū est: psalmos qb⁹ ad oium ꝟtutū culmē diuīa miseratiōe ꝑpha ꝯscendit: in domo dn̄i stātes alloqtur: vt p⁹ collata tā ingētia bn̄ficia laudare nō desināt celi terreq; creatorē. Et respice p̄cepta ista in his duob⁹ ꝟsib⁹: q̄ distinctiōe creuerūt. Primo dixit: Laudate nomē dn̄i. Et ne q̄buslibet h̄ putares iniūctū: addidit: Laudate fui dn̄m: id est: q̄ serui ipsius estł ꝑna volūtate deuoti: ⁊ dn̄m vos h̄re sentitis: quē nulla supstitiōe cōtēnitis. Tertio dic̄: Qui statł in domo dn̄i: h̄ est: q̄ pseuerāti ⁊ intitubabili volūtate in ipius sc̄tā credulitate ꝯsistitł. Cōtra illos sc3 dictū: q̄ patientes defectū: de collato sbito honore ceciderūt. Seqtur. In atrijs dom⁹ dei nr̄i. Atriū d̄r amplissime dom⁹ p̄mus igressus: vbi sibi habitātes ꝓpt expellēdū frig⁹ focos facere noscebantur. Et ab atri fumi nebulissimis globis appellata atria: q̄si atra: tradit antiqtas. Et q̄r nullus s̄mo vacat q̄ nō aliqd mysteriū ꝯtinere videat̄: ⁊ illos etiā dic̄ dn̄m debere laudare: q̄ in p̄mū mēbrū dom⁹ dn̄i vident̄ ingressi. Laudate dominū† qm̄ benign⁹ est dn̄s: psallite noi ei⁹: qm̄ †suauis est. Considera qd̄ laudate: tertio posuit: vt ꝑ laudis silem q̄litatē sc̄tē trinitatł indiuisibilē nob ostenderet vnitatē. Laudis em̄ dn̄ice vsq; ad diuisionē positā multiplex causa narrat̄. Nam cum sint oia valde bona q̄ fecit: cui⁹ ipe sit bonitatł aduertit̄: a q̄ talia manasse noscūtur. Addidit q̄; Suauis: vt non solū benignū: s̄ ⁊ dulcē eē sentires. Sic em̄ ⁊ alibi dicit: Gustate ⁊ videte: quoniā suauis ē dn̄s. Psallite ꝟo dū ponit̄: ad bōas corpis operationes refert̄: vt in hac mūdi ꝯuͤsatiōe dominū videamur d̄ nostra ꝓbitate laudare.

Qm̄ iacob elegit sibi dn̄s: isrł in possessionē sibi. Et h̄ ꝟsus adhuc ad illā ptē ptinet: cur dn̄s debeat p̄dicari. Non nllos aūt titillare cog̃scit̄: q̄re nō sit h̄ abraam posit⁹: cui p̄mū h̄ possessio a dn̄o ꝓmissa declarat̄. Sed abrae vocabulū nō h̄ videbat̄ significare: qd̄ de isto noie potuisset adūti. Jacob sīqdē supplātatorē interptari sepe iā dictu3 ē: q̄ bn̄dictionē fratnā gl̄iosa nimis cupiditate p̄ripuit. Qd̄ ad euocatā vniūsitatē gentiū cōpetēter aptat̄: q̄ aduētū dn̄i saluatoris ad se credulitate trahēs: synagoge mūera ꝓmissa percepit: ⁊ porez ꝑplm religiosa festinatione supauit. Sed post illā p̄triarche mysticā luctā: quā iacob cū angelo ꝯstāter exercuit: ipe q̄; israel appellari meruit: q̄ tāte ꝯcertatiōis fixa mēte pōdera tolerauit. Israel aūt interp̄tat̄ vir vidēs deū: qd̄ ad illā ptinet significationē quam dn̄s possidet in btis. Elegit itaq; iacob: dū eccl̄ie ꝑplm diuīsaꝝ gentiū ꝯgregatiōe subunauit. Possidet isrł: qn̄ in illa beatoꝝ resurrectiōe ipe in oib⁹ ꝓbat̄ habitare. Quia ego cognoui qd̄ magn⁹ est dn̄s: ⁊ de⁹ noster p̄ oibus dijs. Ois relatio certa reddit̄: qn̄ is q̄ refert qd̄ dic̄ se ꝓbasse testat̄. Atq; iō cog̃uisse se dic̄ ꝑpha qd̄ p̄dicat: nō aliq̄ visiōe carnali s̄ i illa altitudie sc̄ie posit⁹: ibi magnū ꝯtēplatus est dn̄m. Uidebat em̄ vir sc̄tissim⁹ maiestatē illā mirabilē cūctł ptātib⁹ ⁊ celoru3 ꝟtutib⁹ impantē: ⁊ necesse fuit vt diceret: Quia cog̃ui qd̄ magn⁹ est dn̄s: ⁊ de⁹ nr̄ pre oibus dijs: nō q̄r p̄ter ipm aliqs de⁹ est: sic in alio psalmo legit̄: Qm̄ qs de⁹ p̄ter dn̄m aut qs de⁹ p̄ter deū nr̄m: s̄ q̄r ptātib⁹ diūsis h̄ nomē abusiue ꝯstat impositū: sic i exodo legit̄: Cōstitui te deum pharaōis. Et apl̄us dicit: Nā ⁊ si sūt q̄ dicant̄ dij: siue in celo siue in terra: sic sunt dij m̄lti ⁊ dn̄i m̄lti: nobis tamē vn⁹ de⁹ pr̄: ex q̄ omia: ⁊ vn⁹ dn̄s iesus christ⁹ ꝑ quē omia: ⁊ nos ꝑ ipm. Uñ merito p̄ omibus dijs magn⁹ dicit̄ deus a q̄ cūcta creata sunt. Oia q̄cunq; voluit dn̄s fecit in celo ⁊ in terra: i mari ⁊ in †abyssis. Post illa q̄ supi⁹ dixit: in altū se tendit ꝟa nimis ⁊ excelsa p̄dicatio. Qd̄ schema dicit̄ Epiphonema: id est: post narratas res crescēs ad maiora sētentia. Nam q̄uis sint inenarrabilia opa dn̄i: totusq; mūdus referre nō p̄ualeat qd̄ operatur in mūdo: hic tn̄ vniuersa stupēda breuitate ꝯclusa sūt: oia deū fecisse q̄ voluit in celo ⁊ in terra: in mari ⁊ in abyssis: vt

T

Ps. 33 — Rp̄ — Ps. 17 — Exo. 7 — j. Cor. 8 — Al. omnib⁹ — Sche

⁊ creata q̃ vides ei⁹ volũtate facta eẽ cognosce res: ⁊ illa q̃ hũanis nequunt ꝯspectib⁹ apparere: ipius potẽtia cõtineri posse sentires. Celũ: positũ est ꝓ cũctis cęlestib⁹. Terra ꝓ omibus q̃ in humo gignunt. Mare cõmemoratũ dicam⁹ ꝓ istis finib⁹ q̃s cõmeantium discursus inuisitat. Abyssus vero oceanũ desigñt: q̃ ⁊ nob ignot⁹: ⁊ vt q̃dã referũt: altitudie magna ꝓfũd⁹ ẽ. In his aũt oib⁹ volũtas dñi sine aliq̃ dubitatione cõplet. Quid aũt fecerit dñs: sbsequẽter enarrat.

al. Producẽs

†Educẽs nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiã fecit. Qui producit vẽtos de thesauris suis. Hoc si ad lr̃az intẽdas: secreta nature dñi testat administratõe cõpleri. Sed qm̃ de hebręo ꝑplo dicit inferi⁹: ꝯuenit h̃ q̃z hoib⁹ applicare. Eduxit nubes ab extremo terrę: qm̃ ꝓphetas ab hũili ꝓposito ad p̃dicatiõis fec fastigia ꝑuenire. Qui merito nubib⁹ ꝯparantur: qm̃ ibre sui eloquij a futuri iudicij nos calore defendũt: dũ aiabus nr̃is ꝓfutura depromũt. Nubes em̃: sic freq̃nt dictũ est: ꝓphas accipi debẽ scriptura testat dicẽs:

Esa. 5

Mãdabo nubib⁹ meis: ne pluãt sup eam pluuiã. Seq̃tur. Fulgura i pluuiã fec. Prędicatiões itaq̃ ꝓphaꝝ fulgura sũt: cũ ꝑcutiunt inimicos. Pluuię: cũ deuotos a peccatis diluũt: ⁊ imbrẽ eis salutis infundũt: vñ spũales germinẽt fructus: ⁊ in maturã messem dño p̃stante coalescant. Addidit: Qui ꝓduc vẽtos de thesaur̃ suis. Vẽtos nõ iprobe ponim⁹ aplos: q̃ꝝ p̃dicatio totũ mundũ tãq̃ vent⁹ celerrim⁹ ꝑcucurrit. De

Ps. 7

q̃bus alio loco scriptũ ẽ: Sagittas suas ardẽtib⁹ effecit. Nã ipis q̃z vẽt̃: penne ꝓ discursus celeritate tribuũt. Ait em̃: Et ascẽ

Ps. 17

dit sup cherubin ⁊ volauit: volauit sup pẽnas vẽtoꝝ. Sbnectit: De thesaur̃ suis: vñ reuera spũales poterant ꝓdire diuitię. Et nota: q̃ ꝑ hos octo v̾sus diuisis modis augmẽto q̃dã laudis: magnalia dñi dulcissima varietate describit. Q̃d schema dr̃ Au-

Sche

xesis: latine augmentũ: qm̃ ꝑ certos g̃dus sp ascẽdit. Quapropt explanatõem sensuum nõ piget freq̃nter iterare: qm̃ ipa quoq̃ auctas sine fastidio eadẽ mõstrat assumere. Qui ꝑcussit p̃mogenita egypti: ab homie vsq̃ ad pec⁹. Ista miracula freq̃nter ad intelligendũ dñi potẽtiã repetit s̾mo ꝓphetic⁹: vt aduertamus nõ casualit facta: s in magnã intelligẽtiã seq̃ntis ętatis fuisse p̃missa. Nã si cõsiderem⁹ alti⁹ ⁊ hodie talia fiũt. Egypt⁹ h̃ mũd⁹ ẽ: q̃ diuisis cladib⁹ affligit ꝑp̃lm xp̃ianũ: s dñi v̾tute potẽtiaq̃ terret. Egypt⁹ aũt: significat afflictionẽ: q̃ nõ alit dimittit aias fideles: nisi in ipo duris laborib⁹ ingrauent. Primogẽita em̃ mũdi q̃si egypti ꝑcutit: qm̃ natos hoies in originali pc̃tõ potẽtię suę inspiratiõe correxerit. Ab hoie vsq̃ ad pec⁹: id est: a prudentioribus hui⁹ seculi: vsq̃ ad mãsuetos ⁊ simplices viros. Om̃es em̃ nisi ꝑ g̃ram dñi liberẽt: a diabolo velut pharaonis ipia dñatiõe deprimunt. †Misit signa ⁊ ꝓdigia in medio tui egypte: in pharaonẽ ⁊ in om̃s seruos

al. Et

eius. Misit signa ⁊ ꝓdigia: qm̃ in passiõe ipius terra cõtremuit: saxa dirupta sunt: ⁊ multi sc̃tõꝝ ad ciuitatẽ dñi supata mortis lege venerũt: q̃d in medio mũdi: id est: palam atq̃ visibilit euenisse manifestũ ẽ. Signũ: est em̃ res p̃ter speciẽ quã ingerit sensibus nr̃is: aliud aliq̃d ex se faciẽs in cogitationẽ venire: sicut vestigio viso: transisse aial: cui⁹ vestigiũ ẽ cogitam⁹. Dictum ẽ vero signũ: ab eo q̃d significet. Prodigia quasi porro digia: id est: lõge p̃dicẽtia. Hoc ⁊ hodie fac: qm̃ aias fideles ꝑ aliq̃ p̃missa signa ꝯũtit. Pharao interp̃tat dissipatio. Et cui apti⁹ dabit: nisi diabolo q̃ hũanũ gen⁹ crudeli voto ꝓseq̃tur? In oẽs s̾uos ei⁹: hoies significat: q̃ ipius volũtatib⁹ obsecũdant. Illi⁹ em̃ famuli dicimur: cui ꝯsentanea mẽte s̾uim⁹. Et iõ diabolus cũ ministr̃ sbmergit: qm̃ fonte salutari xp̃ianus ꝑp̃ls a nefando errore liberat. Qui ꝑcussit gẽtes multas: ⁊ occidit reges fortes. Gẽtes: dicit vitioꝝ noxias cateruas: q̃ nos intus velut barbarę natões sp affligũt. Has percussas dicit: quãdo satisfactiõe ꝑnitẽtium vulnerant. Naz q̃d nobis salus: illis vuln⁹ est. Occidit etiã in nobis reges fortes: cũ spũs immũdos peccatoꝝ labe dominãtes: emũdatõe delictoꝝ: reddit extraneos. Qui merito in volũtate sua dicunt occisi: q̃ nos extinguere minime valuerũt. Seon regẽ amorreoꝝ ⁊ og regẽ basan: ⁊ omia regna chanaan †occidit. Cũ m̃ltos reges filij isr̃l dño fauẽte ꝑ-

al. ...

strauerint: hic duo tñ memorant: scz vt p interptationē istoꝝ noim: ad illā significātiam duceremur ꝙ hodie in nobis agitur. Seon interptat teptatio coloꝝ. Amorrei: amaricātes desigt. Amara siqdē vitia sūt: ꝙ nos ab illa beatitudie iocūdissima deducūt. Hec habēt diabolū regē: q est tēptatio coloꝝ: qñ se trāsformat in angelū lucis: vt p colorē atqꝫ speciē bonitat devotoꝝ animas assidua tēptatiōe sbuertat. Ista diuinitas in nob occidit: qñ fideliū mētes a tali fuitute libauerit. Seqtur. Et og regē basan. Og pclusio dr. Basan pfusio. Merito ergo pfusionis rex: pclusio phibet. Diabolus eñ quādo nobis iter illud salutare cōcludit: in pfusione nos nefanda derelinqt: i q ille teterrimꝰ regnat. Unde ꝛ ciuitas eiꝰ babylonia dicit: ꝙ idem pfusio noiat. Sed hec oia xtus diuia destruit: qñ nos ad misericordie sue dona perducit. Addidit: Et oia regna chanaan occidit. Chanaan: interptat hūiliatio: sed nō illa que pducit ad dñm. Nā ꝛ illi hūiliati dicūt: q de honore sctō decidūt: ꝛ pessima pversatiōe mergūtur: sic in alio psalmo dic: Et hūiliauit calūniatorē. Nā si hūiliatio ꝛ ad penā minime ptineret: non legeretur: Qui se exaltat hūiliabit. Quapropt hāc humiliationē ꝙ in malo intelligenda est: ille solus occidit q crucē p oim salute suscepit. **Et dedit terrā eoꝝ hereditatē: hereditatem israel populo suo.** Uersus iste declarat pora illa nō ad lrām debere suscipi: sed spūali expositiōe sentiri. Nā terra pmissionis israelitico pplo non est hereditas data: qꝛ eam suis offensionibus amiserūt: ꝫ sub illoꝝ ꝑfiguratione terra repromissiōis dat sine dubio xpianis: quā eternā post possideant. Nā vt istā deberes aduertere: repetit: Hereditatē israel populo suo. Isrl eñ iterptat: sic sepe iā dictū est: vir vidēs deū. Populo suo: vtiqꝫ xpiano: q eiꝰ merebit dici: cū ꝑcepta ipius salutari deuotiōe seruauerit. **Dñe nomē tuū in eternum: dñe memoriale tuū in† seclm secli.** Post beneficia dñi: laus digna cōseqtur. Dicit eñ: Dñe nomē tuū in eternū: qsi optemꝰ illi qd non est: aut p nrā vota pficiat. Sed vsus iste mortaliū est: optare deo qd aliter euenire nefas putet. Sic eñ dicimꝰ: Sanctificet nomē tuū: quod vtiqꝫ sanctū est. Adueniat regnū tuū: cuius regnū sine dubitatione venturū est. Sed ista talia cū dicimꝰ: nrm velle declaramꝰ. Precat ergo vt in humano genere semp nomē eiꝰ debeat pmanere: qtenus ab aduētu christi penniter dici debeāt vtiqꝫ xpiani. Seqt. Dñe memoriale tuū in seculū seculi. Memoriale dñi est: qcquid in scripturis sanctis commonitiōe saluberrima ptinet. Hoc semper in nobis pmanet: cū fidelissima deuotōne seruat: sicut scriptū est: Celū ꝛ terra transibūt: xba aūt mea nō pteribūt. Seculū xo seculi: sic sepe dictū est: diē significat sempiternū. **Quia iudicauit dñs populū suū: ꝛ in seruis suis† cōsolabitur.** Premisse laudis causa narrat: Quia iudicauit pplm suū: hebreū scilicet: cui prestitit magna miracula: cui pphas suos ne peccaret attribuit: ad quē ipm quoqꝫ filiū misit: vt eius tandē aliqñ scelerata duritia solueret. Sed qꝛ detestabili obstinatione duratꝰ est: iudicauit eū vtiqꝫ: qꝛ noluit esse ipius: quē de cūct nationibꝰ elegerat possidendū. Cui dic: Audi pplś meꝰ ꝛ loquar. Et alibi: Popule meus qd feci tibi. Istos ꝫ iudicauit. De fidelibꝰ aūt audi qd sequitur. Et in seruis suis psolabit: vtiqꝫ dū ill ꝑmia pmissa restituet: q hic pter nomen eius laboriosa ptētione vexati sunt: de qbus scriptū est: Beati q lugēt: quoniā ipsi psolabunt. Sic eñ ꝛ alibi de ipis dicitur: Qui credit in me non iudicabit: ꝫ transiet de morte ad vitā: q aūt nō credit iam iudicatus est. Uides quid pfecerit gradatio illa quā diximꝰ: vt enūeratis magnalibꝰ domini: vsqꝫ ad eius venerit sanctū tremendūqꝫ iudiciū. Nūc alterius partis dicta requiramꝰ. **Simulachra gentiū argentū ꝛ aurum: opera manuū hominū.** Postqꝫ se dñi laudibus sufficiēter expleuit: secūdo ingressu ppheticus fmo cōuertit ad errorē gentiū destruēdū. Que figura apd grāmaticos dicit Sarcasmos: id est: hostis irrisio: ꝙ vsqꝫ ad palmā penetrat: cū manifesta veritate pvincit. Quapropter simulachra gētiū ritusqꝫ deridet: ne aurea signa deosqꝫ colat argēteos: ꝛ putet hoi ꝑstare qd cepit ab hoie. Qto melius psulūt: si elisa frangant. Tūc xe aliqd

Rp̄ (Seon) · .Cor.ij · Rp̄ (Og) · Rp̄ (Chanaan) · Ps.7j · Matth.23 · Rp̄ · generatiōe / generatiōnē · Al. Matth.6 · Matth.24 · Al. depcabit · Michee.6 · Matth. · Joh.5 · Sche

ꝓsunt: si ad pecunias trãslata descẽdunt. Quocirca deus ipsoꝝ nõ exaudit integer: ꝫ ꝓstat potiꝰ iminutꝰ. Et ↄsidera qm̃ ꝑ species diuersaꝝ definitionũ pulcherrimꝰ dictoꝝ ordo descẽdit. Hic em̃ designãt simulachra ꝑ illud vnde sũt: id est: auꝝ ⁊ argentũ: metalloꝝ scꝫ q̃litate formata. **Os habẽt ⁊ nõ loquentur: oculos habẽt ⁊ nõ videbũt. Aures habent ⁊ nõ audiẽt: nares hñt ⁊ nõ odorabũt. Manꝰ habẽt ⁊ ñ palpabũt: pedes habẽt ⁊ nõ ambulabũt: nõ clamabũt in gutture suo: neqꝫ enim est spũs in ore ipsoꝝ.** Uenit etiã ad alias species definitionũ: simulachra significãs atqꝫ determinãs: ꝑ id qđ implere nõ pñt. Dicit em̃: Os hñt ⁊ nõ loquent̃. Quid ꝓdest os qđ nõ loqtur? Quid oculus q̃ non videt? Quid auris q̃ nõ audit? Quid nares q̃ nõ odorãt̃? Quid manus q̃ nõ palpãt? Quid pedes q̃ nõ mouent̃? Uocabula sunt em̃ vana nõ officia: ꝓfutura nomina sine rebꝰ: ꝯsumptio caduca nõ ꝟitas firma. Quid hoies in vr̃o exitio noxia delyramẽta ꝗritis? Cur q̃ vos destruãt fabricatis? Q̃to dignius vt auctori vr̃o subdamini: ⁊ desinatis errorẽ colere quẽ fecistis? Uñ hieremias ꝓpheta in ep̃la sua: iudeos cõmonẽs dicit: Nã lingue eoꝝ polite a fabro: ip̃a aũt inaurata ⁊ iargẽtata: falsa sũt ⁊ nõ pñt loq. Et iteꝝ. Bestie meliores sũt illis q̃ pñt fugere sb̃ tectũ: aut ꝓdesse sibi. Intẽde aũt qđ istis ꝟsibus: ⁊ in centesimo xiij. psalmo abunde gentiũ simulachra derisa sint: vt q̃s ꝑma cõmonitio nõ correxisset: repetita denuo verecundia ꝑmoueret.

Similes illis fiãt qui faciũt ea: ⁊ omẽs qui ↄfidũt in eis. Post irrisã gentiliũ numinũ falsitatẽ: sñia digna plata est: vt collatis sensibꝰ carcãt: q̃ deos insensatos sibimet effecerũt. Cõueniũt talibus ꝑsonis reuera q̃ dicta sunt. Omi enim rõne deserit̃: oi prudẽtia vacuat̃: q̃ vsqꝫ ad hoc ꝑuenit: vt nõ ꝓfutura ꝫ sua potiꝰ colere videat̃ exitia. Et intuere qm̃ fabricatores ⁊ cl̃tores idoloꝝ ↄplectit̃ vna dãnatio.

Al. dño **Domꝰ israel bñdicite dñm: Domus aaron bñdicite dñm. Domus leui bñdicite dñm: q̃ timetis dñm benedicite dñm.** Postqꝫ gẽtiliũ simulachra derisit: i tertio ingressu laudes dñicas sctõꝝ dicit ore celebrãdas. Sꝫ in his duobꝰ ꝟsibꝰ ꝑ officia diuersa discurrẽs admonet: vt vero dño laus fideliũ debeat ꝑsonare. In isrl': generalit̃ ois ponit̃ iustus: q̃ diuĩa ↄtẽplatiõe ꝯtulat̃: q̃s postea numerat speciatim. In aarõ em̃ sacerdos. In leui reliq ministri. Ad postremũ q̃ dño in q̃libet ꝓbabili ꝯũsatione famulãtur. Sic ois ꝑl's ꝑ diũsas ꝑtes deuotus: dñm laudare ꝑcipit̃. **Benedictꝰ dominꝰ ex syõ: qui habitat in hierl'm.** Laudes domini supius alijs celebrare ꝑcepit: nũc exemplo boni mgr̃i: ipse ꝙ qđ admonebat impleuit. Dicit em̃: Bñdictus dñs. Et quẽ dominũ dixerat euidẽter designat: regẽ scilicet christũ: q̃ ex syon: id est: eccl'iam suã sancta incarnatõe visitauit. Ip̃e est q̃ habitat in hierl'm: q̃ diũsoꝝ sanctoꝝ cõgregatione cõstruitur: ⁊ regis sui ꝑsentia eterna felicitate letatur.

Conclusio psalmi.

Mirabilis psalmꝰ ad deuotissimos ꝑpl'os instruẽdos. Nihil em̃ post tãta bñficia reddere possumꝰ: nisi vt sicit in ꝑncipijs dictũ est: dñm nr̃m trina cõfessiõe ꝑdicemꝰ. Laudemꝰ patrẽ: laudemꝰ filiũ: laudemꝰ spũmsctm̃: vnũ atqꝫ omipotentẽ deũ: vt sicit nõ est in illa natura distantia: ita nõ sit in ip̃a laude diũsitas. Hec est reuera laus q̃ nos reficit: h̃ pabulum q̃ aia deuota saginat̃. Ip̃a ẽ em̃ remũeratio nostra q̃ et op̃atio: in q̃ tm̃ reficimur vt nulla delectatio siĩs eẽ videat̃. Predicemꝰ itaqꝫ mõ: vt eũ in eternũ cũ ãgel' laudare mereamur. Sed ip̃e h̃ donet votum: qui ibi collaturus est ꝑmium.

Explicit expositio i psalmũ CXXXIIII

Incipit expositio in psalmũ CXXXV

Iterũ nobis All'a. Alleluia. dicendũ est: gr̃a q̃dem semꝑ nouũ ꝫ ꝑcedentibus expositionibꝰ oino notissimũ. Hinc psalmꝰ subiectꝰ est: q̃ simili ꝟboꝝ assonatiõe cãtatur. Diuersas em̃ res inchoat: ꝫ in vnã ↄuenientiã vociferationis exultat. Cuiꝰ ꝟsus vnifines nõ improbe dicimꝰ vocitãdos: sicut in cẽtesimo decimoseptimo psalmo iã diximꝰ: vbi q̃tuor ꝟsus sibi sñia terminãtur. Quicq̃d em̃ dr̃: ad miscd'iam dñi refert̃: sine q̃ subsistere nullatenꝰ ꝗualemꝰ. Merito ꝫ sepiꝰ ip̃a re-

petit: q omia in nob indulgetissimis mūerib⁹ opat. Nā si cām tāti secreti discutias: clemētia est dñi oē qd viuim⁹: miscdia qd valem⁹. Quapropter nec ab ore nro debet nec a corde discedē: qten⁹ ⁊ ipa nos dignet iugi tuitiōe fuare. Hoc imitati poete: assona carminū flosculā pdiderūt: supnar virtutū sonos ad mūdana studia trāsferētes. Sed qm vniūsi psalmi multifarias videntur ptinere ꝟtutes: iste pfectā vitā nō iprobe iudicabit declarare iustoꝝ: qui mādata dñi salutarit auspicātes i miscdia ei⁹ iugit pseuerāt. Vñ aio recolam⁹ has silitudines ꝟsuū: ⁊ in. viij. xxiij. xlj. xlv. xlviij. lvj. lxvj. c. ij. c. iij. c. vj. psalmis diūsas nob subtilit indicasse ꝟtutes: sic locis eoꝝ pstat expositū. Cui⁹ aūt ꝟtutis psens psalm⁹ esse noscatur: pleni⁹ in ei⁹ pclusione dicemus.

Divisio.

Per vniūsum psalmū ppha loqtur: q qūis tot⁹ velut celeste canistruz decoris repetitionib⁹ qsi aureis regulis videat intext⁹: vñ spūalia bona tanq dulcia poma couiuis eccliasticis offerant: tñ i illis capitaneis ꝟsibus q varie dicunt: Prima pte magnificētia dñi exponit: ⁊ toti⁹ orbis pditio declarat. Scda pte miracla referūtur: q fecerit in egypto ⁊ in gēte iudeoꝝ. Tertia descēdit ad xpianos: bñficia dñi psequenter enūerans: vt p hāc repetitionē vnū auctorē reꝝ oim esse cognosceres.

Expositio.

Confitemini dño qm bon⁹: qm in seclm miscdia ei⁹. Dixim⁹ p capita ꝟsuū inesse pulcherrimā varietatē: in finē aūt psilem repetitionē: ⁊ iō capita tm ꝟsuū exponēda sunt: fines aūt eoꝝ q vno tenore repetunt: sel tm declarasse sufficiat. Hoc tñ mēte cōdenduz est: qd ad cūctas opas q dicunt inferi⁹ dñi miscdia sit competēter adiūcta. Cōfessionē: sepe dixim⁹ ⁊ ad laudes dñi ⁊ ad deplorāda peccata cōmuniter ptinere. Hic autē nō vnū ex duob⁹: s vtrūq accipiendū est. Docet em btōs viros ⁊ laudes dño iugiter dicere: ⁊ pterita pctā deflere. Sic em iustos intelligim⁹: si cōuersi a malo illa dānent: q aliqñ gesserūt: sicut aplus paul⁹ de pteritl ait: Nō sum dign⁹ vocari aplus: qꝛ psecut⁹ sum ecclīam dei. Seqtur. Qm bon⁹: qui ⁊ laudes suas clemēter audiat: ⁊ supplicātib⁹ miseratus indulgeat. Addidit: Qm in seculū miscdia eius. In seclm: scilicet in ppetuū dic: qm miscdia ipi⁹ eṫnū occupat tps. Hic pstat vt recreet: parcit vt corrigat: ibi miscdiam bonis tribuit vt coronet. Confitemi deo deoꝝ: qm i seclm misericordia ei⁹. Supiore psalmo corda gētiliu3: simulachroꝝ suoꝝ irrisiōe qssauit: Nūc aūt qntus qlisq sit omps dñs: pdicatione verissime maiestatl ostēdit: vt nō solū de⁹ credat: qlis aut angelus dicit: aut ꝟtutu3 hō sepe memorat: s deus ille deorū est cui nullus similis inuenit. De⁹ qppe ppter honoris excellētiā pōt ⁊ creatura dici. Lectū est em in octogesimopmo psalmo: Ego dixi dij estis: et filij excelsi oms. Et in exodo: Deū te posui pharaoni. De⁹ aūt deoꝝ nō pōt nisi sola sctā trinitas nūcupari. Confitemi dño dñoꝝ: qm i seclm misericordia ei⁹. Supiori snie silis ē ⁊ ista locutio. Sic em dr: dñs dñoꝝ: quēadmoduz de⁹ deoꝝ. Nā ⁊ dños sctōs dicim⁹ anglos: s dñs dñoꝝ ille solus ē cui cūcta deseruiūt. Ipe etiā scūs scōꝝ: ipe rex regū: ⁊ oim ptātū ieffabilit culmē excelsū. Quis em dubitet sup oia esse q ⁊ creare oia ⁊ vniūsa pualet ptinere? Qui fecit mirabilia magna sol⁹: qm i seclm miscdia eius. Sic in ill trib⁹ ꝟsibus sup positū ē: Cōfitemini: ita ⁊ p hos oēs ꝟs⁹ q variant vsq ad finē: pfitemini sbaudiēdū ē. Que figura dr Apochnu: id est: a cōi: vt nob plena possit pstare snia: maxime qn ⁊ in hac silitudine desinit psalmus. Dicit itaq fecisse mirabilia magna solus: qsi non ⁊ p angelos ⁊ per aplos seruos suos diuersaꝝ ꝟtutum signa mōstrauerit. Sed hic memorat fecisse sol⁹: vbi ꝟbo suo pditōes reꝝ fabricasse mōstratur: qn ipa misteria eū creasse nō dubiū ē. Sic em sentiēdū seqntia declarāt. Qui fecit celos in intellectu: qm i seclm miscdia ei⁹. Vsq ad finem psalmi: laus depromit p narrationē pconialē. Narratio est em rerum gestaꝝ collecta expositio. Dñi aūt res gestas narrare: laudare ē. Ipsum est q qd supius dixit: Qui fecit mirabilia magna sol⁹: qm h nō p creaturas: sed sola ꝟtute sue diuinitatl opatus ē. Nā qd dicit: Celos in itellectu fecit: potētiā ipam dispositiōis exp̄ssit. Ille em non facit aliq

Margin: j. Cor. 15 — Al. eternū — Ps. 81 — Exo. 7 — Al. facit — Sche — P

videndo: nec alioꝝ fabricas emulādo: sed quicqd in intellectu sue maiestatis dispo-suit: hoc ꝛ ad effectū mometanea opatiōe pducit. Perfectio eñ rex volūtas ipius ē: nec morā recipit qđ ille decreuerit. Sic eñ in supiore psalmo dictū est: Oia q̄cunq₃ voluit dñs fecit in celo ꝛ i terra. In intellectu ergo celos fecit: qꝛ nulla ꝯfusiōe: nulla iordinatiōe: nulla informitate creati sūt: ꝫ distincti atq₃ cōpositi creatoris sui volūtate pagunt. Nec moueat qđ celos plurali numero nūcupauit: quādo ꝛ alibi legit: Laudate eū celi celoꝝ. Et ꝙ aplus ait: Raptus sum vsq₃ ad tertiū celū. Quapropter definire nobis nō licet q̄nti sint: qđ in scripturis sacris nō legit explicatū. Qui firmauit terrā sup aq̄s: quoniā in seclm miscđia ei⁹. Postq₃ de celis dixit: consequens fuit: vt de terra ꝙ loq̄ret. Nā ꝛ hāc fecit in intellectu. Ipe est eñ intellect⁹ qui cuncta cōplex⁹ est: ꝛ per potentiā sue dispositiōis impleuit. Sed pq̄ram⁹ cur hic dixerit: terrā positā sup aq̄s: cū dicat iob: Qui suspēdit terrā i nihili. Et alibi: Qui suspēdit trib⁹ digitis molē tre: qđ nomē ē ei? Sꝫ neutrū sibi noscit esse cōtrariū: quoniā terram dicere potuit sup aq̄s esse: etiā cū multo spacio distare videret. Sic eñ ꝛ celū dicimus sup nos: dum tamē aeris magna spacia interesse noscāt. Siue vt alijs videtur: Sup aquā: iux aquā intelligendū est. Nā hodieq₃ dicim⁹ ciuitatē sup mare positam cum non in mari: sed iuxta mare sit ꝯstituta. Uel certe spūaliter accipiendū est: quia sup aquā sacri baptismatis terra nr̄a: id est: corpus reficit: dū religiōis stabilitate format. Qui fecit luminaria magna ✝solus: qm̄ in seclm miscđia ei⁹. Quis ad lr̄am luminaria celi astra videāt intelligi: cōuenit tamē vt ea paulo alti⁹ inq̄ramus: Magna luminaria: forte significat angelos: ptātes: thronos: dñationes: qui pietate scīssima celesti lumie radiant. Dicēdo eñ: Magna: oībus videnť anteposita q̄ corpaliter lucēt. Solē in ptātē diei: qm̄ i seclm miscđia eius. Ptās est diei: solis aduētus: qꝛ p eū oīs visibilis creatura declaratur. Usus est eñ diuinaꝝ scripturarū huiusmodi sermone loq: sic ait alibi: Dedit eis ptātem filios dei fieri. Spiritualiter aūt pōt itelligi: qñ sanctis suis solem sapiētie miserat⁹ infundit: vt illa videant q̄ ad ipsius ptinere certū est iussiones. Lunā ꝛ stellas in ptātem noctis: quoniam in seculum misericordia eius. Audite astrologi: qui summam rerum stellarum administrationibus datis: lunam ꝛ stellas in potestate noctium fuisse concessas. Nunquid ad imperiū nō ad obsequm ista sunt condita? Nam qđ creator ageret: si vitas hoim stellis trāsigere pmisisset? Merito vos repudiāt ipi ꝙ phi: q tantā ptātem visibilib⁹ reb⁹ inesse dicitis: vt arbitriū tollatis auctori. Nobis aūt ex his alter spūalis sensus aperit. Lunā forsitan: ecclīam debem⁹ accipe. Stellas diuersos ei⁹ ordines scītate pollētes: vt sūt episcopi: pr̄sbyteri: diaconi: sbdiaconi: ꝛ ceteri q velut stelle celesti noscunt ꝯuersatiōe radiare. Hec omia in potestate noctis: id est: in seculi isti⁹ tenebris data sūt: vt p eos caliginosa reluceāt corda mortaliū. Qui percussit egyptum cum ✝primitiuis eoꝝ: qm̄ in seclm miscđia ei⁹. Hactenus dicta sūt q̄ p se creauerit scīā diuitas: nūc in secūda pte referunť q̄lia in mūdo p angelos seruosq₃ sue pietatis effecerit: que duodecima est species definitōis: quā greci cata epenon: latini p laudē dicūt. Hec p hos duodecim versus tracta: pmanet vsq₃ ad diuisionē. Et quoniā historia nota ē: videam⁹ qđ hic spūaliter magis possit intelligi. Percussit egypti pmitiua: qñ secli istius dānauit gl̄iam: q̄ putabat esse p̄cipua. Nam lux⁹: supbia: auaricia: quasi primitiua sunt mūdi. Ipa eñ pmo generat pessimus vēter: et velut caros filios amplectitur: dū rex istaꝝ cupiditate gratulat. Hec dñs pcussit: quādo a regulis sue diuinitatis exclusit. Mortua enim iacēt: que a vite auctore sbmota sunt. Qui eduxit israel ✝per medium eoꝝ: quoniā in seculum misericordia eius. Per medium egyptioꝝ deducit israel: quādo sanctos suos a cōuersatione liberat pessimorū: ꝛ a mūdi isti⁹ habitatione teterrima in lucē sue veritatis adducit. In manu ✝forti ꝛ brachio excelso: quoniā in seculū misericordia ei⁹. Manus fortis: ad inuincibilem ptinet actionē. Bra-

Margin notes: Ps. 134; Ps. 147; 2. Cor. 12; Job. 26; Esa. 40; Al. nō hꝫ; Job. 1; Al. pmogenitis; Al. de me[dio]; Al. poten[ti]

chium excelsum: ad omnipotētiã domini singularem. Forti enim actio a brachio venit excelso: quoniã effectus rerum suũ demõstrat semper auctorem. **Qui diuisit mare rubrum in diuisiões: quoniã in seculũ misericordia eius.** Prisce auctoritatis viri: mare rubrũ in duodecim diuisiones dixerunt esse partitũ: quãtas tribus cõstat fuisse iudeorum. In eo eñ hic plurali numero positũ est: In diuisiones: ne putaremus mare rubrũ vno itinere fuisse transmissũ. Sed potest hoc et spiritualiter cõgruenter aduerti. Rubrũ mare: est seculi istius pmixta pfunditas: quã multis diuisionib⁹ trãsimus: quãdo conuersi ad terrã viuentiũ domini munere festinamus. Alter enim p elemosynas: alter per assiduam supplicationẽ: alter per virginitatem: alter per excellẽtissimã caritatẽ. Sic multis diuisionib⁹ p seculi hui⁹ mare transit ad dominũ. **Et eduxit israel per medium eius: quoniã in seculum misericordia eius.** In hoc versu quoniã repetit⁹ est: expositio supius dicta sufficiat. **Qui excussit pharaonem et exercitum eius in mare rubrum: quoniã in seculũ misericordia ei⁹.** Diabolum cum ministris suis in fonte salutis excutit: quando eos a nobis potẽtie sue virtute remouerit. Excutit autem dixit: tanq̃ puluerem proijcit: vt de hac celeritate: et virtutem diuinitatis ostenderet: et illos trenas sordes esse mõstraret. **Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in seculũ misericordia eius.** Per desertũ nos traijcit: quãdo per hoc seculũ transire facit illesos. Soli enim euadũt: qui mũdi isti⁹ mala ptrãseunt. Ceterum qui in istl heserit: ad premia diuina non peruenit. Desertus enim ideo dicitur mũdus: q diuina electione priuatus. Et merito sic vocatur: qui ad seueniẽtem non recipit auctorem. **Qui eduxit aquam de petra rupis: quoniam in seculum misericordia eius.** Eijcit aquã de petra rupis: quãdo sterilia corda mortaliũ salutares riuulos fecerit pferre lachrymarum: vt qui sunt ppria siccitate steriles: reddant diuina largitate manabiles. De petra rupis: ad auxesim positum est: qm nõ pua: sed ingẽtia et dura saxa sũt q̃ in magnitudinẽ rupis erigunt. **Qui pcussit reges magnos: quoniã i seculũ misericordia ei⁹.** Percutit reges magnos: quãdo in corde nostro impia desideria celestis miserator extinxerit. Tunc eñ nos viuimus: dũ illa moriunt: et cõtraria forte necesse est nos occũbere: si contingat illa supare. **Et occidit reges fortes: quoniã in seculũ misericordia eius.** Reges fortes occidit: quãdo a nob expellit demonia: varia imissiõe grassantia. Quorum volũtas neq̃ tũc extinguit: si fideliũ anime ab eorum potestate tollant. Occide domine fortes reges: vt liberes tuos humiles. Eripe tibi deuotos: ne illc nefandissim⁹ eos sibi faciat eẽ subiectos. **Seon regem amorreorum: quoniã i seculũ misericordia ei⁹.** Ista q̃dem in superiore psalmo iam vidẽtur exposita: q̃ non pigebit repetere: quãdo ea sancta auctoritas ad salutem nostrã pbatur iterasse. Seon: quidã interptatus est: tẽptationem colorum: alter vero arborẽ infructuosã. Amorreus: exacerbatio: que oĩa vident ad diabolũ pertinere. Ipe est eñ arbor infructuosa: ipe exacerbatio. Sed hec in nobis domin⁹ occidit: quãdo nos ad instituta sua morum sanctitate perduxerit. **Et og regem basan: quoniam in seculum misericordia eius.** Og: interpretatur coaceruantem: Basan cõfusio. Qui enim coaceruat peccata nr̃a: absolute diabolus est. Ipse etiam recte dicitur confusio: quoniam et sequaces suos confundit: et de domini iudicio pfusus abscedit. Uerum hec et talia domini virtute interfecta iacent: quando nos eripere a tam pessima obnoxietate dignatur. **Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in seculum misericordia eius.** Locum tertie narratiõis ingreditur. Et q̃uis historia de hebreis dicere videatur: tamen hoc et ad christianum populum aptissime refertur: quoniam beatitudo illa que illis fuerat pollicita: expulsis qui sua iniq̃tate ciderunt: sancti ac fidelib⁹ xpianis pmisse hereditatis p̃mia pferũt. Meminerim⁹ aũt qd et in hac q̃ diuisione p q̃nq̃ versus duodecima species definitionis pmancat

R. virtute … mari rubro

Al. õ hz … tot vsi.

Sec

Rp̃

Rp̃

quā in secūda parte iam diximꝰ. Here ditatem israel seruo suo: quoniam in seculū misericordia eius. Cū dic: Seruo suo: illos seqstrat: qui dñi iussionibus iniqs conatibꝰ restiterūt. Qua significatione ꝛ deuota plebs iudeoꝝ ꝛ ppls icludit christianꝰ. Quia i hūilitate nr̄a memor fuit nr̄i dñs: qm̄ in seclum miscdia eiꝰ. Humilitas ꝓprie ptinet ad tpa christiana: q̄ tūc latiꝰ desiderari cepit: quādo eā in se dñs saluator oñdit. Ipe em̄ mōstrauit ꝛ hūilitatis viā: ꝛ patiētie disciplinā. Quapropt̄ ille humilitat̄ suoꝝ suorū memor est: q̄ ꝛ p̄ceptor eiꝰ esse dinoscit̄. Memor fuit: significat scte incarnationis arcanū: qn̄ aduētu suo credētes liberare dignatus est. Et redemit nos de manu inimicorū nostrorū: quoniam i seculū misericordia eiꝰ. Si ad historiam attendas: nullū p̄ciū egyptijs dedit qn̄ hebreos de manibꝰ eoꝝ libare dignatꝰ est. Sꝫ qꝛ in ptāte diaboli vl̄ mistroꝝ eiꝰ tenebamur obnoxij: tūc se imolādo magnū p̄ciū dedit: vt nos ab eis redderet absolutos. Redemit em̄ nos: diūsis iiurijs ꝛ passionibꝰ suis: claustra passus: alapis cesus: flagellis ꝟberatus est. Redemit nos vtiqꝫ sanguie p̄cioso. Ad postremū redemit nos miraculo resurrectiōis ōñso: sicut dic̄ apostolus: cūcta cōplectens: Magno p̄cio redēpti est̄. Hoc em̄ fuit p̄ciū: qđ p̄ciū nō haberet. Qui dat escā oī carni: qm̄ i secl̄m miscdia eiꝰ. Omi carni: nō tm̄ de hoibus voluit intelligi: ꝫ ꝛ qcqd natat: qcqd volat: qcqd repit: qcqd ḡdit̄: qm̄ vniūsa eiꝰ largitate satiant̄. Nā sic creator ē omniū: ita ꝛ pastor aiantiū ꝓbat̄ eē cunctorū. Pascit etiā oīa spūalia icorporeo cibo misericordie sue. Nā cū gnāliter indigeat̄ ab oibus: ipius mūere gerit̄ vt vniūsa ptinere atqꝫ existē cōprobent̄. Siue omi carni dat escā: fidelibꝰ tm̄ forsitan debemꝰ accipe: qs corpore ꝛ sanguine suo saginare dignatur.

Cōfitemini deo celi: qm̄ in secl̄m miscdia eiꝰ. Cōfitemi dño dñorū: qm̄ i secl̄m miscdia eiꝰ. Cū hos ꝟsus supius eisdē ꝟbis dixerit: ꝫ tm̄ deo celi mutasse declarat̄: supius aūt hꝫ: Deo deorū. Unde vident̄ p significationē celi: omnia potuisse cōcludi. Et vt cūcta ad eiꝰ cōfessionē reuocare videret̄: in fine iteꝝ memorat ꝯfitendū: ne qđ p̄ter eiꝰ laudē ꝛ misericordiā agi posse crederet̄. Cōclusio.

Mirabilis psalmꝰ: ꝛ nimia ꝟtute ꝓfundꝰ: q̄ velut stellis micātibꝰ miscdia dñi vbiqꝫ cognscit̄ eē radiatꝰ. Cuiꝰ em̄ ꝟtutis sit atqꝫ potētie: in paralipomenō ostēdit̄: vbi ait: Cū dñm laudare cepissent ꝛ dicere: Cōfitemini dño qm̄ bonus: qm̄ i eternū miscdia eiꝰ: iplebat̄ domꝰ dei nube: ne possent sacerdotes stare ꝛ ministrare ꝓpter caliginē. Cōpleuerat em̄ gl̄ia dñi domū dei. Proinde qđ pōt a nob simile dici: q̄ꝫ qđ de se auctas cognoscit̄ ipa testari. Nā licet in omnibus psalmis si pure canant̄: diuinā nobis certū sit adesse p̄sentiā: ꝫ tamē euidētius credit̄: qđ legis auctoritate firmatur.

Explicit expositio i psalmū. CXXXV

Incipit expositio in psalmū CXXXVI

pigra fatuitate damnare. Exaggerat enim periculũ: vt liberatiõi gloriosissime maior gratia debeat. †Mittit verbũ suũ et liquefaciet ea: †et flauit spiritus ei⁹ et fluent aque. Veniẽte verbo: nulla obscuritas: nullũ frigus: nec ipsa quoqꝫ debet desperare duricia: quoniam resoluta malis suis que vocata fuerint: producunt in saluberrimũ liquorem. Sic que extiterãt peccatorum gelu cõstricta: pietate dñi defluũt in medelã: sicut et alibi dictũ est: Nec est qui se abscondat a calore eius. Nã spiritu ei⁹ quasi austrino flatu duricia periculosi frigoris euanescit: dũ acerui scelerũ dissoluti in hũilitatis gratiã tabida colla deponũt: et in liquores saluberrimos adducti spũalis beneficij fluẽta profundũt. Sic factũ est de persecutore saulo: sic fit hodieqꝫ de plurimis: vt qui modo sunt obstinata volũtate sicci: fiant postea fluxu predicatõis irrigui. †Pronũciãs verbum suũ iacob: iusticias et iudicia sua israel. Per iacob et israel: significat ecclesia. Hec enim duo nomina vni⁹ extitere persone: sicut ex duobus populis factus est vn⁹: qui et israel bñ dicit: et iacob proprie nũcupat. Nã et mõ israelita est: quicũqꝫ fidelis est: et ante iacob fuit: qui dño pura deuotione cõplacuit. Ipsi enim verbũ suũ: ipsi noscit pronũciasse iusticias. Nõ fecit taliter omni nationi: et iudicia sua nõ manifestauit eis. Hic versus sic videt intelligi: quia licet omnes gẽtes religio christiana cõplexa sit: nulli tamẽ facie ad faciẽ est locut⁹: aut mare diuisit: aut mãna pluit: aut tabernacula nube cõpleuit: aut holocausta ipsorum celesti igne cõsumpsit. et cetera que illi populo visibiliter superno munere prestabant. Nobis enim spiritualiter fiũt: que illorum oculis corporaliter apparebant.

Al. Emittet
Al. flabit
Ps. 18
Al. Qui annunciat

PErmouere solet quod in fine quorũdã psalmorum Alleluia positũ reperim⁹. Alleluia. Significat forsitan eos totos ad preconia dñi ptinere: nec alicui⁹ alterius cause relatione permixtos: sed sicut a capite incipiũt / ita vsqꝫ ad finẽ in laude dñica terminant. Sed hoc asseuerare nõ possumus: quia in rebus talib⁹ aliquid definire periculum est. Meli⁹ est enim altiora sibi hoiem cõfiteri: quam aliqua presumptione culpari: atqꝫ ideo quod de hac re: vel de alijs nouitatib⁹ prestante domino putauim⁹ offerendũ: in arbitrio sit legentis sequi quod eligit.

HActenus Conclusio psalmi. de istis quattuor psalmis quod de laudibus domini precesserũt: in cõclusionibus eorũ dictum est: qua intẽtione formati sint: vt toti ad preparationẽ sequentiũ positi esse videant. Ordo enim ipse psalmorũ dispositionẽ rerũ noscit indicare mirabilem. Decorum enim fuit: vt prius de preceptis diuini preconij: post de mũdi puersitate fugienda: tertio de cõgregatione ecclesie diceretur: quarto qui nũc finitus ẽ collecte hierusalẽ precepit laudes dñi celebrare: que de mundi isti⁹ diuersis periculis liberata: in eterna requie noscit cõstituta. Quapropter choro illi sanctissimo: et de mundi partibus aggregato: trina subnectit exultatiõe gaudendum: vt in opere sanctissimo trinitatis gratia vbiqꝫ fulgeret.

Explicit expositio in psalmũ. CXLVII
Incipit expositio in psalmũ. CXLVIII
Alleluia.

PArs ista orationis paucis quidem syllabis artat: sed cogitata semper extendit. Nouitates enim suauissimas de se eijcit: cũ eã acies mentis inspexerit. Nã dum a lectore dicit / predicatio laudis est: cũ a populo respõdet / hymn⁹. Sic vna voce peragitur tã diuersũ mysteriũ: cũ in ipsa nihil appareat immutatũ. Subtiliter autẽ psalmus iste tractãdus est: quoniam propheta per paucarũ cõmemorationẽ omnes creaturas hortat laudes dñi debere cantare. Rationales et intellectuales per se: eas vero que sunt intellectu vel sensu carentes: per illas scilicet que opera domini sapiẽtissima cõsideratione collaudant. Diuisio.

COnsiderans propheta in celestib⁹ et terrestrib⁹ rebus omnes operas domini ptineri. Prima parte celestia hortat ad laudes. Secũda vero allegoricis allusionib⁹ terrena cõmonet: vt dñm deuota mẽte cõcelebrent: vnã causam probabilẽ vtrisqꝫ subiungẽs: quia dignũ est vt creatura suum debeat laudare creatorem.

LAudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. Expositio.

Cū omnia celestia hymnos dñi iugiter pfundāt: pscrutandū est quare ppheta illud pmū admonet fieri: qd cōtinue pbatur impleri. Usus iste human⁹ est: vt cū videmus in agro laborātes dicamus: laborate: cū legētes: legite: cū fabricātes: fabricate: vt exhortatio ista ad augendū magis studiū: q̄ ad inchoandū aliquid dici posse videatur. Sed que sūt ista de celis que laudare puocant? Scȝ illa que ad ꝯtemplādū dominū purissimo intellectu ipsi⁹ largitate valētia sunt: ⁊ ppetua caritate succensa: auctorē suum suaui exultatiōe cōcelebrāt. Nam sicut sunt imortalia: ita nec eorūȝ laudes aliquo fine claudunt. In excelsis: significat sbstātias digniores: quas merito sibi excelsas imbecillitas hūana pfert: q̄ carnis fragilitate depmit. Dignū est eñ vt vnaqueq; res scdm pcepti muneris modū suū laudet artificē. **Laudate eū omnes angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius.** Quod angelus greca lingua dicit: latine nūcius interptatur. Sed cum ad aliquid pficiendū mittit virtus celorū: ab officio suo hoc nomē assumit. Angelus eñ: ab officij dicit nomine nō nature. Sequit. Laudate eū omnes virtutes eius. Hoc generale nomē est. Ibi eñ cōcludunt omnia que celestis militie dignitate grandescūt. Sed ideo forsitan hoc loco angeli virtutibus sunt plati: quia honorabilior estimandus est: p quē domini iussa cōplentur. Pulcherrime autē in laudib⁹ dñi ab angelis fecit initiū: qui inter creaturas estimant eximij. **Laudate eum sol ⁊ luna: laudate eū omnes stelle ⁊ lumen.** Sol: luna: stelle: vt quidā dicunt: ⁊ si aliquo spiritu pprio regant: tñ q̄ carnalibus oculis patescunt: inferiores esse virtutib⁹ que nō vident: non absurda estimatione colligit: q̄uis celi speciē decoro lumine ornare videantur. Nā illa ad que puenit noster aspectus licet sint lucida atq; subtilia: tñ corpora esse manifestū est: ⁊ necesse est vt illis cedāt: que inuisibili virtute subsistūt. Quapropter solē: lunam ⁊ stellas: siue p ppriā rationē: siue per alias sensibiles ⁊ indicabiles sbstātias ppheta laudare pcepit dominū: quia creatoris beneficio existere meruerunt. Considerata eñ tot lumina ingētes admirationes poterūt cōmouere: quādo ⁊ mortales oculos videre faciūt: ⁊ ipsa in tā splendida claritate cōsistunt. His rebus lumen generaliter adiunctū est: vt cetera in se lumē habētia que dinumerata nō sūt: tali cōplexione ad laudes dominicas incitaret. **Laudate eum celi celorum: et aque †que sup celos sūt.** Quis in genesi vnū celū fabricatū esse legerimus: tamen eos plurali numero: ⁊ paulus apostolus appellauit: qui refert in tertiū se celum raptū: ibiq; talia cognouisse q̄ homini non licebat effari: ⁊ hic plurali numero nūcupātur: quod tali forsitā ratiōe concordat. Dicimus vnū esse palatiū: quod multis membris: multis spatijs ambiat: ita forsitā ⁊ celi partes dicimus celos: dū cōplexio atq; sinus eius vn⁹ esse monstretur. Aquas vero sup celos esse: genesis refert. Ait eñ: Diuisitq; aquas que erant sub firmamēto ab his qui erant sup firmamentū. Qd vtrūq; nimie laudis designat arcanū: vt ⁊ celorū tenuitas firma cōsistat: ⁊ aque supra ipsuȝ posite cū sint grauiores: nisi quādo fuerint iusse nō defluant. Celi vero substātia: q̄uis pura/lucida/atq; egregia esse putanda sit: dignaq; talibus ac tātis habitatoribus suis: tamē animal esse nō cōperi: ⁊ temerarium est ex opinione hominū dicere quod celestiū litterarū nō tradit auctoritas. Aque vero que sup celos sunt: vt arbitror: istas que depluūt esse nō dubiū est: testāte genesi: Cataracte celi aperte sunt: ⁊ facta est pluuia sup terrā quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹: ⁊ cetera qd nō adeo querere necessariū est: qñ aut p se/ aut p substātias rationales laudare dñm omnia cōmonentur. **Laudēt nomē domini. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt.** In hoc versu ex operibus suis dominū pcipit esse laudanduȝ. Quid eñ dignius q̄ vt creatura creatoreȝ suū: id est: cōditio rex ppriū laudet auctorem? Et vt sentētias philosophorū veritatis ipsi⁹ voce cōuinceret: ait: Quia ipse dixit ⁊ facta sunt. Dicēdo: Ipse: dominū significat saluatorē. Ipse ē eñ verbū caro factum: cui⁹ iussione cuncta creata sunt: sicut

Al. omnes

2. Cor. 12

Gen. 1

Gen. 7

Joh.j veritas euãgelij dicit: Omnia p ipsũ facta sunt: ⁊ sine ipso factũ est nihil. Et ap̃ls ait: Qui est imago dei inuisibilis: p̃mogenit⁹ omnis creature: q: in ipso cõdita sunt oĩa in celis ⁊ in terra: visibilia ⁊ inuisibilia: siue sedes: siue dñationes: siue p̃ncipatus: siue ptãtes: omnia p ipsũ ⁊ in ipso cõdita sunt. Quapropt̃ philosophoꝝ falsissima sententia cõquiescat: qui mũdũ putant coeternũ diuinitati p se existere potuisse. Dixit ꝗ: qñ ait: Fiat lux: ⁊ facta est. Mandauit aũt: significat cõstituit atq; firmauit: sicut ⁊ aliud indicat psalm⁹: Mandauit in eternũ testamentũ suũ. Facta vero ⁊ creata: habẽt aliquã distantiã si subtili⁹ inquiram⁹. Facere em̃ possum⁹ etiã nos: qui creare nõ possumus. Sed qm̃ dixerat generale verbũ: addidit qđ erat diuinitatis p̃priũ: quatenus sic facta itelligeres vt creata esse sentires.

Col'.j

Geñ.j

Ps̃.jjo

Al'.seculum

Statuit ea in† eternũ ⁊ in seculuꝫ seculi: p̃ceptũ posuit ⁊ nõ p̃teribit. Hic quoq; loc⁹ potentiã dñi virtutẽq; declarat dicẽs: Statuit ea in eternũ ⁊ in seculũ seculi: p̃ceptũ posuit ⁊ nõ p̃teribit: vt dubiũ nõ sit omnipotentẽ esse dñm: qñ que ille cõstituit: nulla mutabilitate vertunt̃ in parte. Siquidẽ celestiũ rerũ facta cõclusio est. Sed cũ legat̃ de futuro seculo: Erit celũ nouũ: ⁊ terra noua: queadmodũ de isto celo dicit̃: Statuit ea in eternũ: Sꝫ omnia deo statuta esse non dubiũ est. Nã ⁊ homo ipse q̃uis moriat̃: diuinitate statut⁹ est cũ resurgit: sic ⁊ celũ ⁊ terra deo pmanẽt cũ nouant̃. Depositio em̃: vt patres dicũt: in clemẽtia siue corruptibili qualitate natura ipsa meliorata pmanet: cũ iussa fuerit in eternitate cõsistere: sicut ⁊ de corporis nostri pmutatiõe dicit ap̃lus: Dũ corruptibile hoc induerit icorruptionẽ: ⁊ mortale hoc induerit imortalitatẽ. Preceptũ: legẽ dicit siue cõditionẽ: vt oĩa sub ipsi⁹ ptãte esse noscãtur. Preterire aũt nõ põt: qđ omnipotens statuit: ⁊ veritas repromisit. **Laudate dñm de terra dracones: ⁊ omnes abyssi.** Decursis celestib⁹ substãtijs: propheta venit ad scđam partẽ: vbi terrena cõmonet: siue aĩata: siue inanimata: vt laudes dñi p naturas sapientissimas debeant explicare. Draco est sulcat⁹: q̃uis in modũ serpẽtis p̃ducta nimis corporea magnitudo: qui naturali feruore succẽsus in remedium tẽperamẽti sui: aquosis spelũcis inhabitat. Qui non humo repit: sed cũ moueri placuerit volitare narrat̃. Huic ruptus elephas cib⁹ est: q̃ virtute mirabili nexib⁹ suis ita ingentiũ beluarũ mẽbra constringit: vt eis spiritũ vitalẽ velut muscis eripiat. Abyssorũ vero: id est: marinoꝝ fluctuũ cõsiderata p̃funditas: vniuersos debet rationales ad laudes dñi cõcitare. Et respice ordinẽ dictionis: q: vnã substantiã de sensibilib⁹: alterã de isensibilib⁹ posuit: vt dñs debeat omniũ creaturarũ virtute laudari. Sed qm̃ auctoritate patrum: dixim⁹ hunc psalmũ hymnũ esse beatoꝝ: q̃ post hui⁹ seculi pmutationẽ cantat̃: dracones ⁊ abyssos: p̃sonas hic truculẽtas ⁊ validas debemus accipe: que hic p̃uerse nulla patria dominici laudib⁹ honorant̃. **Ignis grando nix glacies spiritus p̃cellarũ† q̃ faciũt verbũ eius.** Ignis: grando: nix: glacies p allegoriã: sicut dictũ est: hoĩes significãt: qui in hoc seculo ex turbulẽtis et pessimis ad deuotionis trãquillissima studia puenerũt. Deniq; vide q̃d sequit̃: Spirit⁹ p̃cellarũ qui faciũt verbũ ei⁹. Qui faciunt verbũ ei⁹: nisi q̃ ex tẽpestuosis ⁊ improbis ad cõfessiõis ipsi⁹ gratiã venire meruerũt. **Montes ⁊ omnes colles: ligna fructifera ⁊ omnes cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpentes ⁊ volucres pẽnate.** Mõtes: significant hoĩes p̃tumida ptãte sblimes. Colles: mediocres equalitate tractãtes. Ligna fructifera: q̃ ex duricia peccatorũ cõuersi fructus moꝝ intulere dulcissimos. Cedri: absolute supbos significant ⁊ elatos. Bestie: crudeles atq; idomitos. Uniuersa pecora: cõmunẽ ⁊ infinitã scꝫ plebẽ. Serpentes: venenosos dic̃ ⁊ callidos. Uolucres pẽnatas: philosophos significãt: qui cogitationũ suaꝝ velocitate naturas rerum discurrere cõsuerũt. De quib⁹ omnib⁹ generib⁹ hoĩm: christus sibi electos parat: qui in illa resurrectione angeloruꝫ possint cetibus aggregari.

Esa.65

j.Cor'.j5

Al'.que

Reges terre ⁊ omnes populi: p̃ncipes ⁊ oẽs iudices terre. Iuuenes ⁊ virgines† seniores cũ iunio-

Al'.senes

ribus. Reges terrarũ: frequẽter diximus sanctos viros esse regẽtes corpora sua: qui carni ꝓprie imperãtes: eã nõ ꝑmittũt illecebras sue volũtatis implere. Oẽs populi: turbas significat: que ad dñm numerosa simul volũtate cõueniũt. Principes: seculi ꝑtãtes excelsas nõ indecẽter aduertim⁹. Et vt nobiles intelligeres ac potẽtes: vide q̃d sequit̃: Et oẽs iudices terre. Qđ frequẽter euenire cognouim⁹: vt subito mundi ꝑtãte derelicta: dñi delegãt subire seruitia. Iuuenes dicit: q̃ etatis calore feruẽtes ad modestie se tẽperamẽta ꝯuertũt. Seniores cũ iunioribus: ꝑmixtã significat etatez: q2 de omni sexu: de omni etate potẽs ẽ dñs euocare q̃s eligit. Naz vt hec omnia ad hoĩes potuisses referre: vide quid sequit̃. **Laudẽt nomen dñi: q2 exaltatũ est nomen ei⁹ solius. Confessio ei⁹ sup celũ ꝛ terrã.** Et hic q̃ locus ex magnificentia ipsi⁹ ꝛ singularitate ꝑdicat̃. Nã cum dicit̃: Quia exaltatũ est nomẽ eius solius: cõfessio ei⁹ sup celũ ꝛ terrã: sine dubio magnificẽtia ipsius in toto orbe declarat̃. Sed vsq̃ ad hanc sentẽtiã supiora suspensa sũt: vt laudet dñm ꝑplus fidelis: in illa scʒ ꝑfia cõstitutus: qui iã pctoꝝ noscit̃ nexibus absolut⁹. Sequit̃ causa iustissima: quare dñs debeat ꝑdicari: vtiq̃: Quia exaltatũ ẽ nomen ei⁹ solius. Exaltatũ est q̃ꝑpe: dũ illi: sic dicit aplus: omne genu flectit̃: celestiũ: terrestriũ ꝛ infernoꝝ. Adiecit: Cõfessio ei⁹ sup celũ ꝛ terrã. Hic confessio laudẽ illã significat que illi post seculi isti⁹ innouationẽ ab omnib⁹ rationabilib⁹ creaturis exoluitur. Sup celũ ꝛ terram dixit: q2 nec celestia nec terrena illis ꝑdicationib⁹ pñt eq̃lia repiri. **Et exaltabit cornu ppl̃i sui. Hymnus omnibus sanctis ei⁹: filijs israel populo apropinquanti sibi.** Hic ex sanctitate dñi hymnus absolute ꝓfunditur. Nã cum dicit: Exultauit cornu populi sui: hymn⁹ omnib⁹ sanctis ei⁹: filijs israel ꝑplo apropinquanti sibi: sine dubio sanctitas dñi muneraq̃ laudant̃: qui sctõs suos participatiõe sui muneris glorificare dignabit̃. Et cornu ꝑ ꝑtãte positũ sepe iam diximus: qđ hic hũiliatũ est ꝓpter afflictiões ꝛ dolores quos patit̃ ꝑplus fidelis. Ibi aũt exaltabit̃: vbi oĩs gloria manifesta ꝑstat̃: Primũ: q2 dexterã merent̃: deinde: cũ dño iudicabũt: tertio: in eternũ pacẽ gaudiũq̃ transibũt: vt merito exaltati dicant̃: q̃vsq̃ ad ipsi⁹ dñi cõtemplationẽ mirabili ei⁹ pietate ꝑueniũt. Qđ tunc fit: sicut dicit apl̃s: cũ tradiderit regnũ deo patri: cum euacuauerit omnẽ ꝑncipatũ: ꝛ oẽm potestatẽ ꝛ virtutẽ. Oportet eñ eũ regnare: donec ponat oẽs inimicos sub pedib⁹ ei⁹. Sequit̃. Hymnus omnib⁹ sanctis ei⁹. Vox ista ꝓmissio est ꝛ toti⁹ beatitudinis sũma ꝑfectio. Nam qđ merebunt̃ sancti: hymn⁹ est dñi: quẽ tũc canũt: qñ ꝛ eterno munere coronabuntur. Isto eñ ꝑcepto vlteri⁹ nil egebũt: sed illic erit quicq̃d mõ nõ valet apphendi: mãna celestis: satietas infastidibilis: incõprehensibile donũ: assidue hoc agere: ꝛ i eo studio sp ardere. Hymn⁹ est ꝗ̃ sanctoꝝ cant⁹ in laude dñi cõstitut⁹: cui aĩa corpusq̃ ꝑfecta puritate cõsentit. Quẽ ꝛ si hic mõ videmur dicere cupide: tñ nõ possumus sine defectiõe ꝑagere. Adiecit: Filijs israel ꝑplo apropinquãti sibi. Quib⁹ sanctis hymn⁹ ille ꝑstet̃ ostendit: filijs vtiq̃ israel qui nõ solũ genere sed fide nomẽ istud habere declarat̃: Illos eñ israelitas vere dicim⁹: qui recte credẽdo cordis lumine dñm respicere meruerũt. Sunt eñ israelite: qui mãdatoꝝ obediẽtia christo dño apropinquare mõstrãt. Illi eñ ab ipso lõge sũt: qui ei⁹ iussa nõ faciunt. Nemo ꝗ̃ illi ꝓximus: nisi q̃ ꝛ mẽbrũ ipsi⁹ est. Membrũ eñ a capite suo nescit esse separatũ. De Alleluia vero vltimo quod in superiore psalmo dixim⁹: ꝛ hic debet intelligi: quoniam ipsa de vicino repetere: tedium magis q̃ intellectum generat audienti.

Phil. 2

j. Cor. 15

Conclusio psalmi.

Contueamur psalmũ istũ: quo decore: q̃ virtute ꝑfulgeat. Referunt̃ eñ supne voces: q̃ adhuc nequeũt ꝑ ista infirmitate corporalitatis audiri. Dicunt celestes creature laudẽ dño: dicũt terrene substãtie: ꝛ melodie cãtib⁹ agit̃: vt domin⁹ creaturaꝝ suarũ consona exultatione laudet̃. In ipsis quippe ꝑmordijs opinabilem illam astronomie posuit disciplinam: quã seculi doctores minutissime perquirẽ-

P *

tes: ita definiēdā esse putauerūt. Astronomia est disciplina: que cursus celestiū siderū: et figuras cōtemplatur omnes: et habitudines stellarū circa se: et circa terrā indagabili ratione percurrit. Cuius operatiōe solēni: annū dicunt quadrifaria tēporū diuisione cōpleri. Hinc imbres fieri: hinc prohibent terrena procreari: hinc frigora venire: hinc aeris aiūt esse tēperiē: et quicquid terris necessariū probatur: iussione dñi earū ministerio posse suppleri. Quā scientiam veteres nostri nō adeo refugiēdā esse dixerunt: quamdiu tñ esse cognoscitur disciplina: et motus astrorum naturali solēnitate perquirit. At vbi se in astrologie partē labilis error infuderit: et vitas mortaliū de cursu stellarum putauerit colligendas: tunc abominādi: tunc potius ceci sunt: cū se estimant preuidere: que creator nobis vtiliter decreuit abscondere. Planetas etiam dicunt cōtra polū currere per certissimos meatus: fabricā quoque celi que semper rotabili mobilitate se sustinet: habere quādam harmonie delectationē: que suauis et iugis est. Sed nos obsequia naturaliū rerū ad auctoris referamus imperiū: qui creaturas suas ipsa potentia sibi parere iubet: qua fecit existere.

Explicit expositio in psalmū. CXLVIII

Incipit expositio in psalmū. CXLIX

Alleluia.

Hoc nomen in vsu habere oīmodis cōmonemur: quoniam nouo et veteri testamento cognoscimus decenter aptatū. Veteri prelatū ē in cētesimo quarto psalmo: vbi egypti miracula: et maris rubri beneficia describuntur: hic nouo cātico docetur esse prepositū: vbi est totius religionis absoluta perfectio. Sic vbique positū est: quod semper cōstat esse dicendū. O nomē magna deuotione venerandū: quod et angeli canunt: et in terris vota fideliū frequēter assumunt.

Superioribus — Diuisio psalmi.

psalmis innumeris admonitiōibus laudes dñi propheta commendās: nunc etiā prima positiōe canticū nouū christo dño diuersis modis dicit esse cantādū: qui de toto orbe terrarū vniuersalē hierusalem sua pietate cōstruxit. Secunda: gaudia sctōrum virtutesque describens: vindictā peccantiū gloriā dicit esse iustorum.

Expositio.

Cantate dño canticū nouum: laudatio eius in ecclia sctōrū. — Al. laus

In hoc et in alijs tribus versibus qui sequuntur: ex operibus dñi magnitudo laudatur. Dicēdo enim: Cantate dño canticū nouum: laudatio eius in ecclesia sanctorum. etc. ex operibus suis dicit esse predicandū. Nam propheta in hoc mūdo tantū corpore constitutus: intellectu et fide in illa patria cū angelica multitudine miscebatur: in qua cōmonet populū beatū nouū canticū debere cantare. Canticū autem nouū est: sancte incarnationis arcanū: natiuitas mirabilis: doctrina salutaris: passio magistra tolerātie: resurrectio spei nostre certissimū documētū: sessio ad dexterā patris: virtutē significās et potentiā singularē. Et ne crederes istā laudē vbicumque aut a quibuslibet posse celebrari: sequitur: Laudatio eius in ecclesia sanctorū. Siue istā dicas: catholicā significat que reuera sanctorum est: siue illā hierusalē celestem: et ipsa sine dubitatione sanctorum est. Ecclesia enim interpretatur collectio: quod ad vtrāque referri posse non dubiū est. — Rp

Letetur israel in eo qui fecit ipsum: et filij syon exultent super regem suum. — Al. eum / Al. filie / Al. in rege suo

Israel et syon diuersa quidē vocabula: sed virtus vna sanctorū est. Nā israel interpretatur vir videns deū. Syon speculatio dicitur. Quod vtrūque ad beatū populū pertinere manifestū est: qui letari et exultare in rege suo christo dño cōmonentur: quoniam ipsū viderint omnipotentē: ipsum eterni premij largitorē: quē hic crediderūt in sua maiestate venturū. Quis enim erit illius gaudij modus cōspicere illū dñm rerū qui hic mori creditus est pro salute cunctorum? Mensurā quidē istius leticie iure nescimus: sed tñ vltra omnia bona esse cōfidimus: quod tanta veritas pollicetur. — Rp

Laudent nomē eius in choro: in tympano et psalterio psallāt ei. In superiore versu: in dño christo dicit esse letandū: nūc dicit in choro nomē dñi esse laudandū. In choro vtique qui iā nullā patitur dispersionē: nullū tediū: nullū scandalū: sed meritorū probitate collectus: carissima semper vnitate consistit. Sed qualis quantusque sit iste chorus: alius psalmus exponit: A solis ortu vsque ad occasum: laudate nomen dñi. — Ps. 106

Chorus q̄ a mundi initio de numerositate gentiū congregatꝰ: ꝛ nisi in illa patria: totꝰ nō pōt esse collectꝰ. Sequit. In tympano ꝛ psalterio psallāt ei. Tympanū ꝛ psalterium: ꝓbabiles hic actꝰ esse dicimꝰ: qui ad diuina munera referunt: q̄ iā in illa patria nō videntur: sed tñ erunt cū de eoꝝ exultatione gaudebit. Nā qđ hic cōtristat: ibi letificat: qđ hic ꝯterit: ibi nos erigit: sicut legit: Beati qui ꝑsecutionē patiunt ꝓpter iusticiā: q̄m ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Hec ergo oīa siue tympanū / siue psalteriū ibi psallunt domino: q̄m hic ꝑ ipsiꝰ noīe exercitata vel tolerata noscunt. **Quia beneplacitū est dn̄o in populo suo: ꝛ exaltabit māsuetos in salutē.** Legit quidē creatori oīa opera sua in rerū cōditione placuisse: sed ꝑ reꝝ qualitatibꝰ imutatis: ꝛ penitere ꝛ gaudere legit deus: vt est illud: Penitet me hominē fecisse. Et in alio loco: Gaudebo sup vnum penitentē: q̄ supra nonagintanouē iustos nō indigētes penitētia. Has eñ ꝑmutationes diuinitati ex nostra infirmitate tropicis allusiōibꝰ applicamus. Dicit eñ: Quia bñplacitū est dn̄o in ꝑplo suo: id est: q̄n illum fecerit ꝑfecta suauitate gaudentē: q̄n angelis parē: q̄n reuera suū quē tāto iudicauerit munere coronādum. Tunc eñ erit bñplacitū: q̄n erit: sic apl's dicit: omnia in oibus. Māsuetos aūt: significat patiētes: qui in hoc mūdo diuersas tolerauere nequicias: sed ꝑ dei regno fuerūt sanctissima deuotiōe cōtempti. In salutē dicit: in vitā eternā: quā illis iustꝰ dn̄s in illa iudicatiōe restituet. **Exultabūt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis.** Hinc vsq ad finē psalmi: virtus dn̄i potētiaq̄ ꝑdicat. Quid eñ fortiꝰ q̄ tantā potestatē sanctis suis tribuere: vt de inimicis sumant ipso largiente victorias? Sed cū dicit: Exultabūt sancti in glia: letabunt in cubilibꝰ suis: introit iā secūda positio: q̄ ꝑtinet gaudia sanctoꝝ: ꝛ potestatē xp̄o credentiū. Sꝫ intēdamus nunc quō sanctoꝝ exultatio describat. Gloria ē bonoꝝ actuū freq̄ntata laudatio. De q̄ iusti letant in cubilibꝰ suis: id est: i secreto pectoris: sic apl's dicit: Nā glia nr̄a est hec: testimoniū cōscientie nostre. Ibi eñ letant: vbi solꝰ ille cognoscit: qui donare dignatus est. Letant vtiq: q̄n sic bonū dn̄m se habere ꝑpēdūt: vt reis donet veniā: peccantibꝰ gratiā: nō merentibꝰ gloriā sempiternā. Cōtra: in hoc seculo stultꝰ a se foras egrediens exultat in hoim fabulis: ꝛ mereri se putat qđ eum sermo falsus exaltat. Est ḡ sanctis disciplina gloriādi: ꝛ modus gaudij: vt ad illū referātur bona qui tribuit vniuersa. Nā si mēsura desit leticie: nō est gaudiū ꝫ ruina. **Exultationes dei in †faucibus eoꝝ: ꝛ gladij ancipites in manibus eoꝝ. Ad faciendā vindictā in nationibus: increpatiōes in populis.** Intuēdū est: q̄ pulchra: q̄ sit vtilis ista diuersitas. Supiꝰ dixit: sanctos exultationē suā habere in cubilibꝰ suis: nūc dicit dn̄i exultatiōes in eoꝝ faucibus cōstitutas: significās: q̄m siue cogitatiōe: siue lingua laudare nō desinūt: a quo eterna dona ꝑcipiūt. Transit q̄ ad exponendā potestatē ipsoꝝ dicēdo: Et gladij ancipites in manibꝰ eorū. Anceps gladiꝰ: est sermo dn̄i saluatoris: de quo in euāgelio ipse dicit: Nō veni pacē mittere i terrā: sed gladiū. Anceps ideo: q̄m duo cōtinet testamēta: Primo eñ a gētibus separauit iudeos: postea segregauit ꝛ diuidit a totiꝰ mundi illecebris vtiq xp̄ianos. Vnꝰ ensis: sed duas desecatiōes habet: quas ꝑplis electis distributa temporis oportunitate cōcedit. In manibus ḡ dicit gladios istos esse: id est: in ptāte sanctoꝝ: sicut legit: Factꝰ est sermo dn̄i in manu aggei ꝓphete. Hanc igit ptātē beati suscipiētes cū dn̄o iudicabūt: sicut scriptū est: Sedebitis sup duodecim sedes iudicātes duodecim tribꝰ isr'l. Nā vide qđ sequit: Ad faciēdā vindictā in natiōibꝰ: increpatiōes in ꝑplis. Ista eñ tūc vere fiūt: q̄n cū dn̄o iudicabunt. **Ad alligādos reges eorū in cōpedibꝰ: ꝛ nobiles eoꝝ in †vinculis ferreis. Ut faciāt in eis iudiciū ꝯscriptū: gloria hec ē oibꝰ sanctis eius.** Exponit quid ille gladiꝰ faciat bis acutus. Alligat reges terre in cōpedibus vñ liberū nō sit exire. Vincula quoq ferrea supra mūdi nobiles ponit: vt ꝛ cum portant sint grauia: ꝛ nexus eoꝝ rumpere nulla virtute ꝑualeāt. Hoc est reuera canti-

Marginal notes: Matth. 5 — Gen. 6 — Luc. 15 — 1. Cor. 15 — P — 2. Cor. 1 — Al. gutture — Matth. 10 — Aggei. 1 — Matth. 19 — Al. manicis

tū nouū: vt illi paupes q in mūdo fuere derisui: de principib⁹ possint iudicare terrā. Sequit. Ut faciāt in eis iudiciū ꝯscriptū: vtiqȝ qđ dicit aplus: An nescitis qm angelos iudicabimus? Quis possit estimare tale miraculū: quis tantā gloriā mēte cōplecti: vt illos supbi ꝛ iniqui potentes iudices patiant: quos hic tanqȝ vilia pecora trucidandos esse putauerūt? Et ne forsitan solos aplos iudicaturos putares: quib⁹ hoc dñs in euangelio cōpromisit: adiecit: Gloria hec est omnib⁹ sanctis ei⁹. Omnes em̄ cuȝ christo iudicāt: q eius regulis nō repugnāt: qm̄ quicqđ illi placitū fuerit: ꝛ ipsi pia voluntate cōsentiūt. Sed quāuis sanctoꝝ potestas ꝛ glia multiplici relatione narrata sit: nullus tñ eoꝝ plenissime habere omnia virtutū pmia reperit. Solus est em̄ iesus christus: de quo aplus dicit: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporalit: id est: substātialiter. Nam cū habeat dñs omnia pfecte ac sūme bona: dat vnicuiqȝ put vult: ꝛ ipse est oim sanctorū (scđm iohānē) manifesta plenitudo.

j. Corī. 6

Col. 2

Joh. j

Cōclusio.

Subtiliter intuendū est queadmodū pcedens psalm⁹ huic psenti: et in laudis officio cōiunct⁹: ꝛ quadā distinctione diuisus est. In illo em̄ ad pconia dñi oēs creaturas hortat⁹ est: hic autē distincti⁹ ppriusqȝ significauit israel nouū canticū debere cantare: ꝛ de pprio dño letū fieri: qui eū fecit de gentiū multitudine ꝯgregari. Cōmemorat etiā potestas q sanctis est in illa iudicatiōe tribuēda: vt virt⁹ dñi in eorū gloria possit agnosci. Sic ꝛ officio laudis cōmunis: ꝛ rerū ipsarū pprietate diuisus est.

Explicit expositio in psalmū. CXLIX

Incipit expositio in psalmū. CL

Alleluia.

Ecce iterū salutaris ille pco remittitur: non de victu carnali: sed de copia supna locutur⁹. Admonet em̄ ciuitas dei: vt de mūdi ambitu ꝯgregata: ꝛ ore cantet ꝛ animo. Quapropter hoc Alleluia plenissima intētione cantem⁹: quia vniuersā psalmodiā in excelsū culmen dñi dispēsatiōe pduxit. Nā sicut ignis iste mortalis ad supiora festinās: comas rutilas erigit in cacumē: ita carmē istud paulatim crescens ad celestia fastigia virtutū gradibus euolauit. Qđ si et nos cū ipso dñi dextera subleuāte animi deuotiōe ꝯscendim⁹: vsqȝ ad ipsū salutarē finē venire dabit: qui nullis limitib⁹ terminat.

Diuisio.

Psalmus iste leuat⁹ ad illā cōcordē sanctorū omniū vnitatē: diuisionē habere nō debuit: qꝛ finē toti⁹ operis pduxit ad virtutē inseparabilis trinitatis. Deinde vno sensu oia pcurrit: vt nec psonā videret mutare nec causam. Qđ schema dicit hyrmos: qñ series oratiōis tenorem suū vsqȝ ad vltimū seruat. Breuis est: vt fastidiū non haberet. Musicis organis plenus: vt spiritualib⁹ thalamis redderet aptissimus: ꝛ in cetu supne hierusalē nuptiali dulcedine cantaret. Intētio vero ei⁹ ipsa est: vt dñs de sanctoꝝ cōgregatiōe laudetur: qui eos imagini sue restituēs fragilitatē fecit deponere carnis ꝛ sanguinis. Iā cōformes glorie sue in illa beatitudine collocauit: vt bonorū omniū abūdantia compleant. De quib⁹ dicit aplus: Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali: vt essemus sancti ꝛ imaculati corā ipso.

Sche

Eph. j

Laudate dñm **Expositio.** in sanctis eius: laudate eum in firmameto virtutis eius. Diligēter inspiciēdū est: liber iste psalmorū qua suauitatis gratia terminet: ꝛ queadmodū respiciat ad pncipiū suū. Dicit em̄ ppheta receptis in illa hierusalē in sanctis suis dominū debere laudare: scȝ quibus ipse formā cōuersationis ostēdit. De quo dictū est: Beat⁹ vir qui nō abijt in ꝯsilio impiorū. ꝛc. Ipsi sunt em̄ sancti q eodē largiente ei⁹ imitatores esse meruerūt. Sȝ qualis veneratio sanctis debeat cōgruēter exponit: vt nō ipsi sed dñs debeat de eoꝝ iustificatione pdicari. Ille em̄ pmo loco glorificari debet: qui pdicāda cōcedit. Iustis autē habenda reuerētia est: qꝛ diuina munera pceperūt. Sequit. Laudate eū in firmamēto vtutis ei⁹. Firmitas vtutis ei⁹ est: qꝛ exitium p omniū salute suscipiēs: mortē ipsam cū auctore nequissimo potētie sue virtute superauit: inferni claustra dirupit: hesitantes resurrectiōe sanauit: ꝛ firmiter credētes

Ps. j

vsq ad celorũ regna pduxit. Laudate eũ in potẽtatibus eius: laudate eũ scdm multitudinez magnitudinis eius. Hic iã ex potẽtia et magnitudine sua dñm precipit debere laudari. Ait em̃: Laudate eũ in potẽtatibus eius: laudate eũ secundũ multitudinẽ magnitudinis eius. Et quẽadmodũ debeat laudari vsq ad finem psalmi: p mysticas allusiões cõsequẽter exponit. Potẽtatus ipsi est: sicut in octauo psalmo dictũ est: Omnia subiecisti sub pedibus ei: oues et boues vniuersas insup et pecora campi. Et apls: Cui omne genu flectitur: celestiũ: terrestriũ et infernorũ. Cõsiderem etiã qualis res populo beato quãtaq̃ ꝑcipitur. Sequit em̃. Laudate eũ secũdũ multitudinẽ magnitudinis ei. Quis rogo possit euz laudare scdm multitudinẽ magnitudinis ei: cũ in centesimo quadragesimoquarto psalmo dictũ sit: Magnus dñs et laudabil nimis: et magnitudinis ei non est finis? Sed vide quib dicit: et dubietas nulla remanebit: vtiq spiritualib: et de ipsa poti laudis operatiõe valẽtibus. Nam cũ potẽtie dñi nullus sit finis: scdm magnitudinẽ suã ꝑdicat: qñ sine fine laudabitur. Laudate eũ in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara. Hic instrumẽta musica significabili modo ad aliquid ponunt in ordinẽ: vt tuba ꝯcrepet regi: psalteriũ canat deo: cithara cũ reliquis sponso. Ista em̃ ibi nõ esse manifestũ est: sed hec omnia mysticis allusionib ad christũ dominũ cõstat esse referẽda. Tuba: est corneis partib adunatl: aut aliquo metallo ꝑductus: tubulus a patulo circulo inchoãs: et desinens in angusto foramine. Hec spiritu retracto cõpleta: terribili ꝑsonatione dilatat: que aut bellorũ tẽporibus sumit: aut regijs aduẽtibus apparat. Psalteriũ vero est in modũ cithare conuersa positio. Buccas em̃ quasdã sonoras ligni gestat i capite: vbi ab imo veniẽtes: chordarũ sonos in altũ rapit: et gratissima quãtum dicit modulatiõe respondet. Cithara em̃ ligni quodã ventre inferi constituto: a sũmo chordarũ filis veniẽtibus sonos recipit: atq in vnã gratiã iocũditatis emittit. Que omnia humanis actib cõparata: figuraliter ibi dicunt laudes dñi personare.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eũ in chordis et organo. Isti quoq versus: sicut dictũ est: vsq ad finẽ ad hymnos ꝑtinẽt nuptiales. Tympanũ: est quasi duob modis solis capitibus cõueniẽtib supra eos tensi corij sonora resultatio: qd musici disciplinabili mensura ꝑcutiẽtes geminata resonatiõe modulant. Chorus est plurimarũ vocũ ad suauitatis modũ tẽperata collectio. Sequitur. Laudate eũ in chordis et organo. Quoniã propter psalmũ et citharã: vt quidã dicũt: alia inueniri poterãt: qui chordarũ tẽsionibus ꝑsonarẽt: generalit chorda posuit: vt omne ipm instrumẽtũ musicũ: dñi laudib deputaret. Organũ itaq ẽ: quasi turris q̃dã diuersis fistulis fabricata: quibus flatu folliũ vox copiosissima destinat: et vt eã modulatio decora cõponat: linguis quibusdã ligneis ab interiore parte ꝯstruit: quas disciplinabiliter magistrorũ digiti repmẽtes grãdisonã efficiũt et suauissimã cantilenã.

Laudate eũ in cymbalis bene sonantib: laudate eum in cymbalis bene tinniẽtibus: omnis spiritus laudet dñm. Et illa superiora p allusiones quasdã de sanctis dicta deberem accipere: ad ipsũ quoq os hominis venit. Sz ꝯsiderãda est verborũ istorũ facta discretio: vt cymbala bene sonãtia: labia nr̃a debeamus accipe: que nõ imerito iter musica instrumenta posita sunt: qz et similitudo quedã est cymbalorũ: et p ea voces humane harmoniã reddere suauissimã comprobantur. Harmonia: est em̃ diuersarũ rerũ in vnã cõuenientiã redacta copulatio: quod et in voce hũana constat accidere: quãdo et tẽpora ipsa et syllabe ad vnã vocis cõcordiã pducunt. Cymbala ergo nostra: sunt labia percussa ad sonũ vocis distinctissime tẽperandũ: que tũc salutariter sonãt: qñ in laudes dñi deuotissime commouent. Cymbala q̃ bene tinniẽtia: sũt ex ꝑmixtis metallis paruissime phiale cõposite: vẽtricula sua in lateribus habẽtes: que artificiosa modulatione collise: acutissimũ sonũ delectabili cõsonatione restituunt. Sed quoniã sanctissimus propheta: vniuersa que dicta sunt

Marginalia: Al. virtutib; Ps. 8; Phl. 2; Ps. 144; P; P; P; P; P; P; P; Al. iubilatõis

spiritualiter volebat intelligi: aptissimo li-
brũ fine cõclusit: Omnis spirit⁹ laudet do-
minũ: nõ vtiqȝ caro ꝛ sanguis: nõ mũdi am-
bitus: nõ illecebra secularis: sed illud qḋ est
in natura rerũ sublimi⁹: hoc laudet dñm: qḋ
celestia vtiqȝ sapit: quod eterna p̃mia cõcu-
piscit. Quapropter vniuerso operi: breuẽ p-
fectãqȝ sententiã dedit: vt dñm saluatorẽ spi-
ritualiter debeãt cuncta laudare. His igit̃
decursis: toti⁹ musice discipline assignata
pfectio est. Flatus in tuba: pulsus in citha-
ra: tinnit⁹ in cymbalis: vox in choro: spiri-
tuali harmonia dulcissimus ille cõcentus:
qui nõ aurib⁹ carneis audit̃: sed cõtempla-
tione purissime mẽtis adũtit̃. Nã cõmemo-
ratio syllogismoꝝ: sic in p̃mo psalmo cep-
ta est: parili nobis fine claudat̃. A cathego-
rico siquidẽ: q̃ ẽ purissim⁹ ꝛ p̃nceps omniũ
syllogismoꝝ dedim⁹ ꝑut oportebat initiũ:
nunc etiã opus nostrũ in ipso ꝯcludimus.
Decet enĩ finẽ respõdere p̃ncipio suo: qñ in
lr̃is sacris debẽt sibi oĩa ꝯueniẽtia repiri. Hic
aũt cathegoric⁹ syllogism⁹ est nobis taliter
colligend⁹. Dñm laudet oĩs spirit⁹. Quem
debet laudare omnis spirit⁹ de⁹ verus est.
Dñs igit̃ de⁹ verus est. Mirabile plane di-
cẽdi genus: vt ad illud reluctãtẽ cõfitendo
trahat: ad qḋ ꝑus aliquis acq̃scere respue-
bat. Ecce de grãmatica: ꝛ de etymologijs:
de schematib⁹: de arte rhetorica: de topicis:
de arte dialectica: de definitiõibus: de mu-
sica: ḋ geometria: de astronomia: ꝛ ḋ ꝓprijs
locutionib⁹ legis diuine: seriem refertã esse
monstrauim⁹: quãtũ dñs p̃stare dignatus
est: vt qui talia legerint gratãter agnoscãt:
ꝛ qui adhuc rudes sunt: planissime dicta si-
ne offensiõe ꝑcipiant.

Mu

Conclusio.

Explicitus est decor⁹ ꝛ mirabilis or-
do psalmorũ: numero quidẽ mysti-
co terminat⁹: sed sacris virtutibus
infinit⁹: solũmõ illi ad dimẽsũ cognit⁹: qui
harenã maris: pluuiarũ guttas: creaturaꝝ
omniũ naturas dinumerabili quãtitate cõ-
plectit̃. Sed q̃uis a nobis ex toto cõprehẽ-
di nõ possit: tamẽ vtiliter querit̃: qꝛ ꝑscru-
tatus semꝑ copiosior inuenit̃. Quãta eniȝ
adhuc hinc noua dicẽda sũt? quãtoꝝ fide-
liũ ingenia vsqȝ ad finẽ seculi curiosa sedu-
litate laborabũt? Sȝ tñ ista veritas tũc ple-
nissime dinoscenda est: qñ ipse dñs cõtem-
plationẽ suã p̃stare dignabit̃. Hic aũt tot⁹
ordo psalmorũ: quãtũ hũanũ ingeniũ ve-
stigare ꝑualuit: duplici mysterio noscit̃ esse
decursus. Primũ sicut auctoritate patrum
dictũ est: noui ꝛ veteris testamẽti sacramẽ-
ta cõplectit̃. Septẽ quippe decades referũt̃
ad sabbatũ: qḋ ad p̃mã illã ꝑtinet sine du-
bitatione culturã. Octo vero nostro tẽpori
deputant̃: qui resurrectiõeȝ dñi die octaua
pia deuotiõe veneramur. Scḋo quoqȝ do-
mino largiẽte ꝓspexim⁹: qḋ centũ q̃nqua-
ginta dieb⁹ supducto diluuio criminib⁹ su-
is terra diluta est. Sic psalmoꝝ spiritualis
abyssus peccatis inq̃nata corda mortaliuȝ
vsqȝ ad iudicij tẽpus ꝑpetua emũdatiõe pu-
rificat: ꝛ fit nobis ex ipso salutare diluuiũ:
qḋ nostꝝ sensum delictis sordidum reddit
ablutum. Quid enĩ in isto celesti armario
scripturarũ diuinarũ inuenire non possis?
Genesim queras: hic quẽadmodum fuerit
mũd⁹ fabricat⁹ exponit̃. Prophetã dicas:
quis de incarnatione dñi tãta locutus est?
Euãgeliũ cupias: passionẽ ꝛ resurrectionẽ
christi dñi innumeris locis euidẽter ostẽdit.
Apostolũ velis: audi doctorẽ: audi miserẽ-
tẽ: qui ꝛ futura iudicia ꝓpter correctões ꝑ-
dicat: ꝛ ꝓ peccatorib⁹ freq̃ter exorat. Et
ne longius differã: quicq̃d in celo: in terra:
in mari: vl' apud inferos agit̃: si cautissime
legas: oĩa suis locis posita cõpetenter ag-
noscis. Testis est Athanasij episcopi sermo
magnific⁹: qui virtutes psalmoꝝ indaga-
bili veritate discutiẽs: oĩa illic esse ꝓbat q̃-
cunqȝ sancte scripture ambitu cõtinentur.
Naturã quoqȝ dei: si fas est: duob⁹ verbis
facit subintelligi: Ego hodie: que nullis li-
bris/nullis codicib⁹ ꝑualet cõprehendi: si-
cut ꝛ explicatũ ẽ quod breuiter dicitur: ꝛ ex
aliqua parte sensibile qḋ tacet̃. In secũdo
quippe psalmo: pater dicit ad filiũ: Ego ho-
die genui te. In istis siquidẽ duobus ver-
bis subtiliter significat: qḋ humanũ intel-
lectũ trãscẽdẽ posse videat̃. Nouũ ꝛ vet⁹ te-
stamẽtũ tãta ꝓprietate cõplectit̃: vt reuera
spũalẽ bibliothecã in h libro itelligas eẽ cõ-
structã. Nã si paradisus desiderabil' habet̃
qḋ eũ q̃ttuor fluminũ laps⁹ amenare noscũ-
tur: q̃to beatior est aia q̃. c. l. psalmoꝝ fõti-
bus irrigat̃? Nec solũ itra hũc numeꝝ diui-
na v̄tus op̃ata ẽ: multa lati⁹ patẽt: siue q̃ ꝑ

Ps̃. 2

pte itellecta sũt: siue q̃ adhuc fundit⁹ ĩgrãt
diuſa miracl'a. Nã ⁊ in ill'. c.liij. piscib⁹: q̃s
aploꝝ retia de pelagi ꝓfunditate traxerũt:
sctõꝝ numer⁹ cõphẽsus exponit: ⁊ arca noe
in typũ sctẽ eccl'ie tricẽt cubitis in lõgitudi
ne: qnq̃ginta in latitudie: ⁊ trigita i altitu-
dine legit fabricata: vñ m'lta Origenes my
stica (vt solet) expositione tractauit. Qua-
ppt idubitant apparet creatorẽ atq; opifi
cẽ reꝝ/cũ celestia cũcta terrenaq; dispone-
ret: sub mẽsura/⁊ numero /⁊ põdere fecisse
oia q̃cũq; creata sunt: sic sapiẽtissim⁹ dicit:
Sap.ij Oia in mẽsura ⁊ numero ⁊ põdere disposu
isti. Nũc ppt virtutẽ memorie breuit inti-
mem⁹: q̃ sup lati⁹ vident effusa. Primũ me
minisse nos ɔuenit: qd de tituloꝝ diuſa va
rietate narratũ ẽ. Recordari etiã debemus
ꝑsonas i textu psalmoꝝ aptissime cõmuta
tas: Cõclusiõesq; eoꝝ ɔ̃ hereticos maxie fu
isse formatas. Ut q̃re alphabeton hebreũ
ponat in psalmis. Cur de ptib⁹ psalmorũ
vn⁹ ꝑfect⁹ esse videat. Quare intercalares
psalmi sint positi. Quare repetitio versuũ
repit in psalmis. De interptatiõe noim he-
breoꝝ. De his q̃ vnifines appellant. De qn
deci psalmis g̃dalib⁹. Quare penitẽtiũ sep
tẽ psalmi eẽ doceant. Quare lamẽtatiũ ꝓ
ciuitate hierl'm cũ lachrymis ṽba fundũt.
Quare ordo psalmoꝝ i laudib⁹ dñi fuerit
terminat⁹: vbi q̃t modis ꝑdicit exponit: cũ
tñ ꝑconia ipsi⁹ nullis libris: nullis possint
hũanis virib⁹ explicari. Sic varietas ista
psalmoꝝ: aut ꝑciosissimo lapidi topazio:
aut pulcherrimo pauoni ɔgrue forsitã ɔpa
rat: q̃ totiẽs diuersos reddũt colores corpis
sui: q̃tiẽs in eis defix⁹ fuerit ocul⁹ intẽdẽt.
Hec q̃tũ dñs ꝑstare dignat⁹ ẽ ꝑ nr̃a medio
critate decursa sũt. Uos aũt mgr̃i q̃ celesti
um lr̃aꝝ copiosa lectiõe pinguescitis: pcite
rudi: dimittite ɔfitẽti: estote beniuoli. Dif-
ficile op⁹ hũanũ repit: qd nõ patiat aliquã
Jac.3 q̃stionẽ: Jacobo aplo ꝓtestãte: Si qs i ver
bo nõ offenderit: h̃ ꝑfect⁹ ẽ vir. Cũ si nõnul
li sacris lr̃is calũnias parãt: qd infirmis fa
ciãt q̃s audacit accusãt? Prolata: sp ad ani-
mũ dicẽtis aptãda sũt. Nã si oia ɔtentiosa
altercatiõe destrue volum⁹: piã deuotionẽ
incauta poti⁹ ɔ̃dictiõe dãnam⁹. Sȝ iã tp̃us
est ad dñm corda ɔuertere: ad quẽ magl' dȝ
ois intẽtio tẽdẽ: ⁊ laboris termin⁹ ꝑuenire.

Et dñe ver⁹ doctor ⁊ ꝑstitor: aduo-
cat⁹ ⁊ iudex: largitor ⁊ monitor: ter
ribilis ⁊ clemẽs: corripiẽs ⁊ ɔsola-
tor: q̃ cecis mentib⁹ donas aspectũ: q̃ facis
infirmis possibile qd ꝑcipis: q̃ sic pi⁹ es vt
assidue rogari velis: sic munific⁹ vt nemi-
nẽ desperare patiaris: dona qd te ꝑstãte bñ
ꝑrimus: ⁊ illa maxie q̃ nr̃a infirmitate nesci
mus. Qd ex tuo dixim⁹: suscipe: qd ex nob
ĩgrant ꝓtulim⁹: parce: ⁊ pduc nos ad illã cõ
tẽplationẽ vbi iã nõ possim⁹ errare. Dona
facere q̃ te inspirãte loq ꝑsũpsi: dona cõple
ri: q̃ alios obseruare cõmonui: vt q̃ ꝑstitisti
piũ sermonẽ: ꝓbabilẽ q; ɔferas tuis famu-
lis actionẽ. Libera nos amator hoim ab il
lo piculo: ne sic dicã apl's: Dũ alijs ꝑdico: ip
se reprob⁹ inueniar. j.Cor.9 Q; infirmi sum⁹ tu ve
racit nosti: q̃li hoste deprimamur ag̃scis. Te
ꝑrit certamẽ impar: te expetit mortal' infir-
mitas: qr maiestatis tue gl'ia ẽ: si leo rugiẽs
ab infirma oue supet: si sp̃us violẽtissimus
a debilissima carne vincat: ille q̃ de celo ce-
cidit: ⁊ hic te pugnãte subdet: vt si ptãtẽ ip
si⁹ ad tp̃s tua ꝑmissione patimur: neq; ei⁹
insatiabilib⁹ faucib⁹ sorbeamur. Fac illũ
tristem de hũana leticia: qui de offensione
nostra semp exultat. Amen. Hactenus
q̃ ad expositionẽ psalmoꝝ ptinere videbã-
tur: dño largiẽte discussa sũt: nunc salomo
nis dicta videam⁹: que ꝓprios expositores
habere noscuntur.

Explicit expositio Cassiodori in psalmũ
Centesimũ quinquagesimũ ⁊ vltimũ ter-
tie Quinquagene.

Disertissimi atq; dignissimi sancte eccle
sie doctoris Cassiodori/romane vrbis q̃n-
dã Clarissimi senatoris: famatissima psal-
morũ expositio: post aliorũ sanctoꝝ patrũ
scp̃ta exactissime digesta/dulcissimoq; fon
te purissime latinitatis irrigata: cũ puigi-
lanti emẽdationis studio: auctore omniũ
cooperãte: arte impssoria ꝑfecta est: p ma-
gistrũ Johannẽ de Amerbach ꝑclare Ba-
silieñ vrbis ciuem. Anno dñi. M.cccc.xci.

Τέλοσ

CASSIODORUS
IN PSALMOS